

EX LVCIANO

QV AE D A M , E G R A E C A
LINGVA IN LATINAM
A THOMA MORO
conuersa.



ORNATISSIMO

DOCTISSIMO QVE VIRO
THOMÆ RVTHALO,
REGIO APVD ANGLOS
Secretario, Thomas Morus

S. P. D.



I quisquā fuit vñ-
quā vir doctissime,
qui Horatianū pre-
ceptum impleuerit
voluptatemq; cum
vtilitate coniuxer-
it, hoc ego certe
Lucianum in pri-
mis puto præstis-
se. Qui & superci-
liosis abstinenſ Philosphorum præceptis, &
solutionibus Poetarum lufibus, honestissimis
simul & facetissimis falibus, vitia vbiq; notat
atque inseſtatur mortalium. Idque facit tam
ſcīte, tantaque cum fruge, vt quum nemo al-
tius pungat, nemo tamen ſit, qui non æquo
animo illius aculeos admittat. Quod quum
nunquā non egregie faciat, feciſſe tamen mihi
ſingulari quodam modo videtur in tribus his
Dialogis, quos ob id ipsum è tāto festiuſiſmo
rum numero potiſſimum delegi, quos verte-
rē, alijs tamen alios fortaffe longe prælaturis.
Nam vt è virginibus non eandem omnes, ſed
alius aliam, pro ſuo cuiusque animo præfert,
deamataq; non quam præcipuam tutō poſſit
afferere, ſed que ſibi videatur: ita è lepidiſſimis
Luciani dialogis, alijs aliū præoptat, mihi cer-
tē iſti præcipue placuerunt, neque temere ta-
men (vti ſpero) neque ſoli. Nam vt à breuiſſi-
mo incipiā, qui Cynicus inscribitur, quiq; poſſe
videatur ipſa breuitate conténi, niſi nos Horati-
us admoneret, ſepe etiā in exiguo corpore vi-
res eſſe prætantiores: ipſiq; minimas etiā gē-
mas eſſe videremus in pretio: In eius ergo de-
leētu honorifico calculo mecum suffragatus eſt
diuſs Ioannes Chrysostomus, vir acerimi iu-
dicij, doctorum fermè omnium Christianiſſi-
mus, & Christianorū (vt ego certe puto) do-
ctiſſimus, quem vſque adeo Dialogus hic dele-
tabat, vt bonam eius partē in Homiliā quan-
dam, quam in Ioannis Euangeliū commen-

tatus eſt, inſeruerit. Neque id immerito. Quid enim placere viro graui, vereq; Christiano de-
buit, quām is dialogus, in quo dum aspera, par-
uoque contenta Cynicorum vita defenditur, mollis atque eneruata delicatorum hominum
luxuria reprehēditur? Nec non eadem opera,
Christianæ vitæ ſimplicitas, temperantia, fru-
galitas, denique arcta illa atq; angusta via, qua
ducit ad vitam, laudatur. Iam Necromantia
(nam hic ſecundo dialogo titulus eſt) non fa-
tis aufſpicato vocabulo, ſed materia tamen fe-
liciſſima, quam falſe taxat, vel Magorum præ-
ſtigias, vel inania Poētarū figmēta, vel incertas
quauiſ de re philophorū inter ſe digladiatio-
nes? Superelt Philopſeudes, qui non ſine So-
cratica ironia, totus verſatur (id quod titulus
ipſe declarat) in riſenda, coarguendaq; men-
tiēdi libidine: dialogus neſcio certe lepidiōne
an utiſior. In quo non valde me mouet, quod
eius animi fuſſe videatur, vt non ſatis immor-
talitati ſuę conferet, atque in eo fuſſe erro-
re, quō Democritus, Lucretius, Plinius, pluri-
mique itidem alij. Quid enim mea refert quid
ſentiat hiſ de rebus ethniſcus, que in præcipuis
habentur fidei Christianæ mysterijs? Hunc
certe fructum nobis afferet iſte dialogus, vt
neque Magicis habeamus præſtigij fidem, &
ſuperiſtione careamus, que paſſim ſub ſpecie
religionis obrepit, tum vitam vt agamus mi-
nus anxiā, mihiſ videlicet expauſeſtentes tri-
ſta que piam ac ſuperiſtioſa mendacia, que
plerunque tanta cum fide atque autoritate
narrantur, vt viri grauiſſimis atque sanctiſſi-
mis frequenter imponāt. Quo minus mireris,
ſi pinguioris vulgi mentes ſuis ſigmentis affi-
ciant iij, qui ſe tum demum rem magnam con-
feciffe putant, Christumque ſibi deuinxiſſe
perpetuo, ſi commenti fuerint, aut de ſancto
aliquo viro fabulā, aut de inferis tragediam,
ad quam vetula que piam aut delira lacryme-
tur, aut pauida inhorrefeat. Ita vt in plurimas
marty-

martyrum aut virginum historias aliquid huiusmodi mendaciorum inferuerint, pie scilicet: aliqui enim periculū erat, ne veritas non posset sibi ipsa sufficere, nisi fulciretur mendacijs. Nec veriti sunt eam religionem contaminare fragmentis, quām ipsa veritas instituit, & in nuda voluit veritate consistere, nec viderunt usque adeo nihil istiusmodi fabulas conduceat, vt nihil pernicioſus officiat. Nempe (vt memoratus pater Augustinus testatur) ubi admixtum subolet mendacium, veritatis illico minuitur ac labefactatur autoritas. Vnde ſæpe mihi ſuspicio ſuboritur, magnā huiusmodi fabularum partem, à vāfris ac pessimis quibusdam nebulonibus, hæreticisq; confictam, quibus ſtudiū fuit, partim ex incauta, simplicium potius, quām prudentiū credulitate voluptatē caperē, partim fabularum fictarū cōmmercio, fidem veris Christianorū historijs adimere: quippe qui frequenter quādam, his quae in ſacra ſcriptura continentur, tam vicinā coriſingunt, vt facile ſe declarent, adludentio luſiſſe. Quamobrem quas ſcriptura nobis historias diuinitus inspirata commēdat, eis indubitate fides habenda eſt. Cæteras verò ad Christi doctrinam, tanquam ad Critolai regulam, applicantes caute & cum iudicio, aut recipiamus, aut rēpūamis, ſi cārēt vōlūmus & ināni fiduciā, & ſupēftitioſa formidine. Sed quō progredior? epiftola ferē iam librum ſupetāt: nec interim tamē verbum de tuis laudib⁹ vllum, in quas aliis fortasse totus incubuſſet: quarumque citro vllām adulandi ſufpicionem vberimam mihi materialē p̄ebuſſent (vt ceteras virtutes tuas omittā) vēl egreſia doctrina tua, ſummaq; in rebus agēdis prudentia: quam tot in diuersis nationibus, in tam arduis negotijs, tam feliciter aetæ legationes declarant: vēl ſingulatim fides, grauitatique, quam niſi ſatis perspectam, exploratāmque habuifſet, nunquā te prudentiſſimus princeps ſibi à ſecretis eſte vōlūſſet. Sed ceterarum virtutum tuarum p̄adicationi vnica modestia tua reluſtatur: quae faciat, vt quum laudanda tam liberanter facias, feciſſe te tamē non liberanter audias. Parco igitur pudori tuo: hoc vniuit duntaxat ab te precatus, vt has in Græcis literis ſtudij mei primitias quo animo ſuſcipias, ſinasque vt qualecumque apud te ſit amoris officijq; in te mel moſumentū. quas tibi ſim aſlus eo maiori fiducia cōmittere, quōd eſſi tam acre tibi iudicium fit, vt quicquid erratum fuerit, ne-mo penetrantius videat: is tamē eſt ingenij tul candor, vt nemo libentius co-nueat.

Vale.

CYNICVS LVCIANI,
THOMA MORO
interpretē.

LVCIANVS, ET CYNICVS.

 Vid tu tandem: barbam quidem habes, & comam, tunicam non habes, nudusque conſpiceris, ac ſine calceis, delecta nimis vaga, inhumanaque ac ferali vita: tum proprio corpore contrā quām faciunt cæteri, ſemp̄r vſus incommodo, nunc huc, hunc illuc circuis: in arido p̄æterea ſolo cubans, adeo vt plurimum etiam ſordium, tritum iſthoc pallium referat, alioqui nec iſpsum, vel tenui filo, vel molle, vel florulentum. CYN. Nēque enim iñdigeo: ſi quid eſt huiusmodi, vt compāretur facilime, dominoque minimum exhibeat negocij, id inquām mihi ſufficit. At tu per Deos dic mihi, putāſte eſſe in luxu vitium? LVC. Imō admodum. CYN. Contrā illi frugalitate virtutem? LVC. Admodum: CYN. Cur igitur tandem quim me vides viuentem frugalius quām vulgo faciunt homines, eos vero ſumptuosius, me, non illos arguis? LVC. Quia non frugalius per Iouem videris mihi, ſed egenius viuere, imō vitam omnino egenam atque inopem. Nam tu nihil à mendicis differs, qui cibum mendicant in diē. CYN. Vis ergo videamus (quandoquidem huc profeſſi oratio) quidnam in opia ſit, quidq; rufus copia? LVC. Si tibi quidē ita videtur. CYN. Nunquid ergo ſatis id cuique eſt, quicquid iſpū ſexplet necessitatē: an aliud quicquid dīc? LVC. Eſto iſtud. CYN. Indigentia verò quicquid cuiusquam vſui deest, nec eō, quo ſit neceſſe, peruenit? LVC. Scilicet. CYN. Nihil igitur meis in rebus deest. Nihil enim in hiſ eſt, quod neceſſitatem non expleat meam. LVC. Quo pācto illud aīſ? CYN. Seies ſi cōſideres in quem vſum eorum quodquā p̄aratum eſt, quodrum egenus, vt dominus, an non tegumenti gratia? LVC. Maxime. CYN. Quid veltis, cuius gratia? nōne tegumenti etiam iſpā? LVC. Sanē. CYN. At ipso per deos tegumento, cuius rei gratia indiguerit, nōne vt melius ſe hábeat id quod tegetur? LVC. Mihi quidē ſic videtur. CYN. Vtrum igitur tibi peius ſe habere hī videntur pedes? LVC. Nescio. CYN. Atqui hoc pācto didiceris: quodnam pedum officium eſt? LVC. Ingredi. CYN. An deterius ergo ingredi pedes tibi videntur mēi, quām aliorum? LVC. Iſtud verò fortasse non, CYN. At non poſſent, ſeu ſeſe melius ſe deterius haberent, officium ſuum p̄etendare? LVCIA. Fortasse, CYN. Pedibus ergo nihil peius affectus videntur, quām alii? LVC. Non videris. CYN. Quid corpus verò meū? Num deterius quām reliquorum? Nempe ſi deterius ſe habēret, eſſet idem imbecillius: corporis quippe virtus robur eſt. An meū ergo debilius? LVC. Non

F ij videtur,

L V C I A N I C Y N I C U S

Videtur. CYN. Neque pedes ergo tegumento videntur egere, neque reliquum corpus. Quippe si egerent, male haberent. Egestas etenim omnino mala, ac peius habere se facit ea, quibuscumque adfuerit. At ne ali quidem deteriorus corpus videtur meum, quod quibuslibet cibis alitur. LVC. Manifestum est id quidem. CYN. Nam nec vegetum esset, robustumque si aleretur male. Mala siquidem alimenta corpus tabefaciunt. LVC. Ita quidem ita se habent. CYN. Quo pacto igitur, dic mihi, his ita se habentibus, me arguis, vitamque improbas meas, ac miseram praedicas? LVC. Ideo per Iouem, quod quum natura (quam tu collis) ac superi terram in communi statuerint, ex ea multa nimirum ac bona ediderint, ut nobis omnia supereffent abunde, non in necessitate modo, verum in voluptatem quoque: tu tamen horum omnium aut maxima saltus partis expers es; nec eorum quoquam frueris nihil certe magis, quam feræ. Nempe aquabilis, quam etiam bibunt feræ: Comedis vero quicquid offenderis, quemadmodum canes, tum cubile nihilo melius canibus habes: quidem gramen tibi sufficit, quemadmodum & illis: palliū præterea circunfers nihilo mendico decentius. Quanquam si tu his contentus recte sapi, tu Deus profecto neutiquā recte fecit, primum quod oves effecit pingues, deinde vites dulcis vini feraces, ac reliqui deinde apparatum varietate mirabile, & oleum, & mel, & reliqua, omnia ut nos haberemus, edulia quidem omnigena haberemus, potum dulce haberemus, pecunias haberemus, molle lectum haberemus. Præterea pulchras domos, ac reliqua demum omnia mirum in modum preparata. Nam & ipsa quoque artiū effecta deorū dona sunt. At vivere omnibus huiuscē bonis priuatū, id fuerit profecto miserū, etiam si ab alio quopiam priueris: quemadmodū hi qui seruantur in vinculis: longe vero miserius, si quis ipse lese omnibus bonis priuet: Nam ea demum manifesta insania est. CYN. Et recte quidem fortasse dicas. Verum istuc dic mihi: Si quis diuine quopiam alacriter atque humane, quin prolixe quoque exhibente conuiuum, tum hospites excipiente, & multis simul, & omnigenos, alios quidem imbecillos, alios autem robustos, deinde apponente multa atque omnigena, si quis inquam, omnia corripiat, omniaque deglutiatur, non ea tantum quam vicina sunt, sed ea quoque quae procul absunt, preparata videlicet inualidis, ipse tamen valens, quam unum duntaxat ventrem habeat, nec multis ut nutratur indigeat, diutius tamquam alij multi immoretur, hic vir cuiusmodi tibi videtur esse? probusne? LVC. Non mihi quidem. CYN. Quid vero, num temperans? LVC. Ne id quidem. CYN. Quid vero si quis eiusdem mensæ particeps, multa illa ac varia negligat, uno quopiam ex his quae proximè apponuntur, electo, quem

satis in suam habeat necessitatem, id decenter edat, eoque solo vtatur: cetera illa ne respiciat quidem, an non hunc temperatiorem & meliorem virum illō putabis? LVC. Ego certe. CYNIC. Vtrum ergo iam intelligis, an me oportet dicere? LVC. Quid nam? CYNIC. Quod Deus illi quidem pulchre contujitum instruunt similis est, vt qui aposuerit multa ac varia, atque omnigena, vti essent quae cuique conueniant, alia quippe valentibus, alia rursus ægrotantibus, atque alia quidem robustis, alia vero inualidis, non ut omnibus vtam omnes, sed ut his vtantur singuli; quae sive cuiusque naturæ conueniunt, & ex his ipsis, quacunque remaxime quaque indigere contigerit. At vos illum qui per insatiabilitatem atque incontinentiam omnia corripit, refertis, vt qui rebus vti velitis omnibus, & vndeunque partis, non soli contenti presentibus, existimantes propriam quidem neque terram, neque mare sufficere, sed importantes ab ipsis usque terræ finibus voluptates, patrijsque rebus peregrina præferentes, sumptuosaque frugalibus, atque ea que difficile cōparantur his quae sunt cōparatu facilia: in summa, denique molestias, malaque potius eligentes, quam absq; molestijs viure. At isti quidem, plurimi ac pretiosi, beatique apparatus, quibus exultatis, per magnam ad vos miseriam, erumnamque perueniunt. Aurum ipsum tam optabile, si liber, argentumque considera: domus considera sumptuosas, vestes operosas considera: atque eius generis omnia, quanto negotiū emuntur, quo laboribus, periculis: immo sanguine, ac cæde, quantoque hominum interitu: non ideo solum quod dum nauigant, propter ista pereunt complures: ac dum querunt, parantque, grauiā perferunt: sed ob id quoque quod digladiationes multas patiunt, quodq; ob ea infidiantur inuicem & amicis amici, & parentibus liberi, & maritis coniuges. Sic opinor Eriphylem quoque auri gratia prodidisse maritum. Atque hæc quidem omnia sunt, quum tamen vestes illæ varie nihilo magis quicquam queant calefacere, aurataque illa ædificia nihilo profus magis tegant, nec pocula illa argentea potui quicquam magis conducant. Sed nec aufei illi, nec eburneū item lectuli, somnum suauiores præbeant, immo videbis frequenter in eburneo lecto, sumptuosisque stromatibus, beatis illis somnum contingere non posse. Præterea omnigenæ illæ circa edulia curæ, nihilo magis alunt, quin tabefaciunt potius corpora, ijsdemque morbos ingenerant. Quid autem dicere attinet, libidinis gratia quantas molestias mortales & faciunt, & patiuntur: quanquam facile est isti cupiditatē mederi, nisi quis velit indulgere delitijs. At ne hæc quidem insania corruptelaque sufficere videtur mortalibus, sed iam rerum etiam usum peruentum, singulis rebus ad id vtentes, ad quod minime

minime paratae sunt, quemadmodum lecto si quis vti carpēti loco velit, ac tanquam curru. **LVCIA.** Quisnam is est? **CYN.** Vos, inquam, qui hominibus tanquam iumentis vtimini. Nam eos iubetis, vt leēticas tanquam currus in ceruicibus ferant. Ipsi verō in subli- mi residetis delicati, atque illinc homines perinde tanquam asinos aurigamini, impērantes vt hac, non illac eant, & qui hæc faci- tis maxime, ijdem maxime beati videbentis. Tum hi qui piscium carnibus non tantum, vt alimentis vtuntur, verū tinturas etiā quaf- dam ex his machinatur: eos dico, qui pur- puram tingunt, nonne & hi præter naturam his vtūtū, quę à Deo preparata sunt? **LVC.** Non per louem, siquidem tingere etiam po- test, non comedī tantū purpure caro. **CYN.** At non in id tamen nata est. Nam & craterē quispiam, si præter naturam detorqueat, ollae loco posset vti, nec in id tamen paratus erat. Sed quo pacto posset quispiam vniuersam il- lorum infelicitatem pércurrere, quę tanta est? At tu me quoq; quod nolo eius esse particeps, incusas. Vnu ego tamen quēadmodum mo- destus ille, his videlicet duntaxat, que mihi apponuntur vescens, ac frugilissimis vvens: varijs verō illis atque omnigenis minime in- hians. Ac deinde quum paucis egeam, ac mi- nime multis vtar, ferinam tibi videor vitam viuēre. Atqui hac ratione tua Dij profecto in periculum veniunt, ne & ipsi sint feris etiam deteriores, quippe qui rei nullius indigent. Verum vt exactius intelligas, cuiusmodi horum vtrunque sit, vel paucis videlicet egere, vel multis, cōsidera quod pluribus egent, pri- mū pueri quād adulti, deinde mulieres quād viri, tum & groti quād valentes: at quę omni- no in summa, inferiora quālibet præstantio- ribus plurimum indigent: proinde Dij omni- no nullius egent tei, qui verō ad Deos acce- dent proxime, quād minimis egent An Her- calem putas omnium hominum præstantissi- um, quippe diuitium virum, Deumq; recte creditum, miserum tunc suisse, quād circuieret nudus, pelle duntaxat induitus, harū rerum nostrarum nihil desiderans? At ille miser pro- fecto non erat, quippe qui miseriam ab alijs propulsabat: neque rufus pauper, qui terra, mariq; dominabatur. Nempe quounque in- tendisset impetum, omnes quāquauersum su- perabat, nec in quenquam sui temporis inci- dit, qui se vel & equarit vnuquam, vel vicerit, quo ad ex humanis excessit. At tu illi Stromata putas calceosq; defuisse, atque ob id nudū ob- ambulasse tantum virum? Dicendū profecto non est. Sed continens erat ac fortis, & mode- rate vancere volebat, non indulgere delitijs. Quid Thesus eius discipulus? An nō rex erat Atheniensium omnium, ac filius etiā, vt ferunt, Neptuni, sua certe tempestate fortissimus? At- tamen ille quoque voluit sine calcis esse, ac audus ingredi, barbāque & comā nutritre pla- cuit ei, nec ei tamen solum, sed etiam omnibus veteribus placuit: népe meliores erant quād vos: atque adeo ne sustinuisset quidē eorum quisquam aliud huiusmodi, nihil profecto magis quād leo quispiam sese tonderi. Si quidē carnis mollitiem ac leuorem decere mulieres existimabant, ipsi verō sicuti erant, ita videri quoque viri volebant: ac barbam quidē cultum viri ducebant, quemadmodum in equis iubam, in leonibus barbam, quibus Deus splendoris quandā atque ornamenti ve- nustatem dedit, sic & viris barbā adiunxit. Illos igitur ego emulor, veteres, inquā, illos imi- tarī volo: huius verō tépestatis homines non emulor mirabilis huius felicitatis nomine, quam in epulis & vestibus habent, dum po- liunt ac lēuigant singulas corporis partes, ac ne secretiorum quidē ullam, ita vt instituit natura, dimittentes. At mihi certe pedes opto, vt nihil equinis differat, quales Chironis suis- se ferunt. Tum vt ipse Stromatis non egeam more leonum, nec cibo egeani magis exquisito, quād canes. Contingat præterea mihi, vt terra quāvis mihi per se pro cubili sufficiat. Domum verō vt mundum hunc existimem. Alimenta demū vt ea delegam, quae facili- me comparari possint. Aurum verō argen- tumque ne desiderē vnuquam, neque ego, neq; meorum amicorum quisquā. Omnia nanque mala inter homines ex horum cupiditate na- scuntur, & seditiones, & bella, & insidia, & cædes. Hæc omnia fontem habent plus ha- bēdi cupidinem. At hæc à nobis abscedat pro- cul, ne vnuquam plus satis appetam. minus ve- rō quād habeam, ferre æquo animo valeam. Nostrā quidē ita se habent. Plurimum pro- fecto à vulgi sententijs ista dissentunt. Neque quicquam ergo mirandum est, si ab his diffe- rimus habitu, à quibus tantum differimus in- stituto. Sed te demiror, quonam pacto quum suam quandā cithārēdo vestem tribuas, cul- tumque, atque adeo tibicini suum, & tragēdo suum, bono viro cultū vestemque propriam nullam existimas, sed eandē ei cum vulgo ha- bendam censes, idquē quād vulgus malū sit. Quod si bonorum cultus proprius debet esse vnu, quinā deceat magis quād hic meus, qui maximē luxuriosis pudendus sit, quemque illi auersentur? Cultus ergo meus huius- modi est, squalidū esse, hirsutū esse, tritū pal- lium indui, comā producere, ac sine calcis ingredi. Vester verō cinædorū ornatū simili- limus est, nec dignoscere vos quisquam ab il- lis possit, neque colore vestiu, neque mollicie, neque camisiarū numero, neque lacernis, neque calcis, neque capillorum cura, neque odore. Nam & redolētis vt illi, iam præfertim vos qui estis felicissimi. Et quidē quid facias, qui vir eūdē cū cinædis odore oleat? Etenim in ferendis laboribus nihil illi præstatis. Vo- luptatibus verō nihilominus quād illi supe- ramini, eadē comeditis, eodē modo dormitis,

LUCIANI CYNICVS

atque inceditis, imo vero incedere non vultis, sed gestari potius, tanquam sarcinæ, alij ab hominibus, alij verò à iumentis. At me pedes ipsi gestant quocunque sit opus. Egoque & frigus tolerare sufficio, & calorem pati, eaque quæ dij obtulerint, minime moleste ferre, ideo videlicet, quia miser sum. Vos vero propter hanc fœlicitatem nulla estis fortuna contenti, sed omnium pœnitent, ac præsentia ferre non potestis, absentiæ desideratis: hyeme quidem optantes æstatem, æstate rursus hyemem: atque in calore-frigus, in frigore vicissim calorem: quemadmodum ægrotates morosi semper & queruli, quod in illis quidem facit morbus, in vobis vero morés. Atque hæc ita quum sint, iam nos in vitam vestram traducere æquum censem, nostramque corrumpe, quum sæpè mala consulta sint, quæ facitis, ipsique sitis in vestris ipsorum negotijs minime circunspecti, nihilque eorum iudicio ac ratione, sed consuetudine cupiditatis facias. Quamobrem nihil profecto differtis vos, ab his qui torrente feruntur. Illi quippe quo-cunque fluxus intèderit eò rapiuntur: & vos itidem quo-cunque libidines. At similiter quidem vobiscum agitur, vt cum quodam qui equum insatum ascenderat. Equus igitur virum corripiens abstulit. Hic vero amplius iam desilire equo currere non poterat. Quidam vero quum occurrisset ei, rogauit quoniam teneret. Hic respondit, quo-cunq; huic videtur, equum demonstrans. Quod si vos quisquam roget, quò feramini, si verum vultis dicere, dicitis in viuersum quidem: quo-cunq; videatur affectibus: sigillatim vero, interdum quo-cunque voluptati, interdum quo-cunque ambitioni, interdum rursus quo-luci studio. Quin interdum ira, interdum metus, interdum aliud quippiâ huiusmodi vos auferre videtur. Neq; enim vnum duntaxat equum vos, sed multos insilientes, nunc hunc, nunc illū, furiosos quidem omnes auchimini. Auferunt ergo vos in barathrum, ac prærupta. Vos tamè prius quam cadatis, casuros vos esse nescitis, at hoc detritum palliū quod vos rideatis, comoq; habitusq; meus tantam habet vim, vt vitâ mihi quietam præbeat, vtq; agam quicquid volo, verferque cum quibus volo. Nempe ex indoctis, atq; ineruditis hominibus, nemo me adire voluerit, ob hunc habitum. At molles etiam qui sunt, adhuc admodum procul declinant. Congrediuntur vero scitissimi atque modestissimi, & qui virtutem cupiunt, hi potissimum congre-diuntur mecum, horum ego cōsuetudine de-lector. Eoru vero fores qui homines vocatur, non obseruo, tu coronas aureas ac purpuram pro fastu habeo, atq; homines ipsos derideo. At vt cultum hunc intelligas, non bonos mo-do viros, sed ipsos etiam deos decere, atq; eum deinde, si libet, irrideas, deorū statuas cōsidera, vtri videatur, vobisne, an mihi similiores, neq;

Gr̄corū solum, sed Barbarorū etiā tēpla cir-

cumspicias, vtrum ipsi dij, vt ego, comati bar-batiq; sunt, an quemadmodū vos, rasi singuntur, atq; pinguntur. Quin plurimos etiam sine tunicis confpicies, vt me nunc esse vides. Quo pacto igitur audeas posthac hunc habitum vi-tio dare, quum deos etiam decere videatur?

MENIPPVS, SIVE NECROMANTIA LVCIANI, Thoma Moro interprete.

MENIPPVS. PHILONIDES.

SALVE artium, domusq; vesti-bulum meq; Vt te lubens aspicio luci redditus. PHIL. Nū nam hic Menippus est canis ille? Non hercle alius, nisi ego forte ad Menippos omnes hallucinor. At quid sibi vult habitus huius insolentia? clava, lyra, leonis exuviae? Adeundus tamè est. Salve Menippe. Vnde nobis aduenisti? diu est quod in vrbe non vidimus. M E N I P.

Adsum reuersus mortuorum è latibulis, Foribusq; tristium tenebrarum nigris:

Manes vbi in inferi manent superis procul. PHIL. O Hercules, clàm nobis Menippus vita functus est, reuixitq; denuo? M E N I P.

Non, sed me adhuc viuum recepit tartarus. PHIL. Quæna causa tibi fuit nouæ huius atque incredibilis via? M E N I P.

Iuuenta me incitauit, atque audacia, Quæ pro iuncta haud paululū impotētior. PHIL. Sisse o beate Tragica, & ab iambis descendens sic potius simpliciter eloquere, quænam hæc vestis, quæcausa tibi itineris in-ferti fuit, quum alioqui neque iucunda, neq; delectabilis sit via? M E N. (bras,

Res dilecte grauis me infernas egit ad vni-Confuleré manes ut vatis Tiresiæ.

PHIL. Atqui deliras, alioqui non hoc pacto caneres apud amicos consarcinatis versibus.

M E N. Ne mireris amicē, nuper enim cum Euripide atque Homero verfatus, nescio quo pacto versibus sic impletus sum, vt numeri mihi in os sua sponte cōfluant. Verum dic mihi quo pacto res humanæ hinc se habent in ter-ris: & quidnam in vrbe agitur? PHIL. Nihil noui. Sed quemadmodum prius actitabant, rapiunt, peierat, fcenerantur, vñuras colligunt. M E N. O miseri atque infelices. Nesciunt enim, qualia de nostris rebus nuper apud inferos decreta sunt, qualesq; sorte iacti sunt in diuites istos calculi, quos per Cerberum nullo pacto poterunt effugere. PHIL. Quid ais? Nouine aliquid apud inferos nostris de rebus decretum est? M E N. Per louem, & quidem multa, verum prodere non licet, neq; arcana quæ sunt reuelare, ne quis forte nos apud Rhadamatū impietatis accuset. PHIL. Nequaquam Menippe per louem, ne amico sermonem hunc inuideas. Nam apud hominem tacendi gnarum, & initiatum præterea sacris

sacris edifferes, M E N . Dura profecto iubes
& neutiquā tuta, verū tui gratia tamē audēdū est. Decretū est ergo, diuites istos ac pecuniosos aurū tāquam Danaēn seruātes abstrūsum. P H I L . Ne prius ô beate quæ sunt de-
creta dixeris, quā ea percurras omnia quæ abs-
te audire libentissime vēlim : Quæ videlicet
descensus causa fuerit, quis itineris dux : deinde ex ordine, & quæ illi videris, & quæ audi-
ris omnia. Verisimile est enim te, quū res pul-
chras videndi curiosus sis, eorum quæ visu aut
auditu digna videbantur nihil omnino p̄-
termisſe. M E N . Parendum etiam in his
tibi est. Nam quid facias, vrgente amico ? Ac
primum sanè tibi expediam, quæ res animū
meum ad hunc descentum impulerit. Egō igit-
tur quum adhuc puer essem, audiremque Ho-
merum atque Hesiodū, seditiones ac bella ca-
nentes, non semideorū modo, sed ipsorū etiā,
deorum, adulteria quoque, violētias, rapinas,
supplicia, patrum expulsiones, & fratribus &
fororum nuptias: hæc me Hercle omnia bo-
na pulchraque putabam, & studiose erga ea
afficiebar. Postquam vēro in virilem iam
ætatem peruenirem, hic leges rursus iuben-
tes audio poētis apprime contraria, neque
videlicet adulteria committere, neque sedi-
tiones mouere, neque rapinas exercere. Hic
igitur hæsitabundus consti-
tuit, incertus omnino
quo me p̄actō gererē. Neque enim deos vnquā
putauī mœchaturos, aut seditiones inuicē fuis-
se moturos, nisi de his rebus perinde ac bonis
iudicassent. Neque rursus legumlatores his ad-
uersa iussuros, nisi id conducere existimarent.
Quoniam igitur in dubio eram, visum est mihi
philosophos istos adire, atque his me in manū
dedere, rogareque vti me vtcunque li-
beret vterentur, vitæque viam aliquam sim-
pli-
cētatem ostenderent. Hæc igitur me-
cum reputans ad eos venio, imprudens profe-
cto, quod me ex fumo (vt siunt) inflammam
conicerem. Apud enim hos maximē diligenter
obseruans summam repperi ignorantiam,
omniaque magis incerta, adeo vt præ his ilico
mihi vel idiotarū vita iā aurea videretur. Alius
etenim soli me iussit voluptati studere, atque
ad eum scopum vniuersum vitæ cursum diri-
gere. In eo ipsam sitam esse felicitatem. Alius
rursus omnino laborare, corpusq; siti, vigilijs,
ac squalore subigere, misere semper adfectum,
contumelijque obnoxium asiduē, Hesiodi se-
dulo inculcans celebria illa de virtute carmina,
& sudorem videlicet, & accluem in verti-
cem montis ascensum. Alius contemnere iū-
bet pecunias, earumque possessionem indif-
ferentem putare. Alius contra bonas ip-
fas etiam diuitias esse pronunciat. De mundo
vero quid dicam? de quo ideas, incorporeas
substantias, atomos, & inane, ac talē quandā
pugnantium inuicem nominum turbā in diē
audiebam, & quod absurdorū omniū maxime
fuit absurdū, de contrarijs vnuquisque quum

diceret, inuincibiles admodū rationes ac per-
suasibiles adferebat, vt nec ei qui calidū, nec ei
qui frigidum idem prorsus esse contenderent,
contrā quicquā hincere potuerim, atq; id, quū
tamen manifeste cognoscere fieri nunquam
posse, vt eadem res calida simul frigidaq; sit.
Prorsum igitur tale quiddam mihi accidebat,
quale solet dormitantibus, vt interdum capite
annuerē, interdū contra abnuerem. Præterea
quod multo erat istis absurdius, vitam eorum
diligenter obseruans, compēri cā cum ipsorū
verbis preceptisq; summopere pugnare. Eos
enim qui spernendā censebāt pecuniā, audis-
sime conspexi colligendis diuitijs inhibere, de-
fēchore litigantes, pro mercede docētes : om-
nia denique nūmōrū gratia tolerantes. Ii ve-
rō qui gloriā verbis aspernabantur, omnem
vitā fūe ratiōnem in gloriā referebant. Vo-
luptatem rursus omnes fermē palā incessebant
clanculum vēro ad eā solam libenter conflue-
bant. Ergo hac quoque spe fruttratus magis
adhuc ægrē, molesteque tuli. Aliquantulum
tamen inde mēmet consolabar, quod vñā cū
multis & sapientibus & celeberrimis viris ipse
insipiensque essem, atque viæ adhuc ignarus
oberrarem. Perūgilanti mihi tandem,
atque hisce de rebus mecum cogitanti, venit
in mentem, vt Babylonem profectus ma-
gorum aliquem ex Zoroastri discipulis ac suc-
cessoribus conuenirem. Audieram siquidem
eos inferni portas carminibus quibusdam ac
mysterijs aperire, & quē libuerit illuc tutō de-
ducere, ac rursus inde reducere. Optime ergo
me facturū putauī, si cum horū quopiā de des-
censu pacificens Tiresiam Bœotium consulerē
ab eo que perdicerem (quippe qui vates fue-
rit & sapiens) quē vita sit optima, quāq; sapiē-
tissimus quisque potissimum elegerit. Ac statim
quidem exiliens quām poteram celerrima
Babylonem versus rectā contendī. Quō quū
venio, diuersorū apud Chaldæorum quendam
hominem certē sapientēm, atque arte mirabi-
lē, coma quidē canū, admodūq; promissa barba
venerabilē. Nomen autem illi fuit Mithrobar-
zānes : orans igitur obsecransque vix exorauī,
vt quavis mercede vellet, in illam me viā de-
duceret. At tandem homo me suscipiens, pri-
mum quidem dies nouem ac viginti cum lu-
na simili incipiens abluit ad Euphratēm, manē-
solem orientitem versus perducens, ac sermo-
nem quempiam longum mussitās, quem non
admodū exaudiēbam. Nam (quod in certame
ne præcones iuepti solent) volubile quiddam
atq; incertum proferebat, nisi quod quosdam
visus est inuocare dæmones. Postillam igitur
incantationē ter mihi in vultū spuens deducit
rursus, oculos nusquam in obuiū quenquā de-
flectens. Et cibus quidem nobis glandes erant
potus autem, lac, atque mulsum, & Choaspī
lymp̄ha, lectus vēro in herba sub dio fuit. At
postquam iam præparati satis hac diæta sumus
medio noctis silentio ad Tigridem me fluvium

LUCIANI NECROMANTIA

dicens, purgauit simul atq; abstergit, faceque
lustravit ac squilla, tum pluribus itidem alijs,
& magicis simul illud carmen submurmura-
ns, deinde totum me iam incantans, ac ne
à spectris leaderer circumiens, reducit domum
ita ut eram reciprocantem: ac reliqua noctis
parte nauigationi nos præparauiimus. Ipse
igitur magican quandam vestem induit, Me-
dorium vesti vt plurimum similem: ac me qui-
dem his quæ vides ornat, clava videlicet, ac
leonis exuuijs, atque insuper lyra. Iusit præ-
terea ut nomen si quis me roget, Menippum
quidem ne dicerem, sed Herculem, Vlyssem,
aut Orpheum. PHIL. Quid ita ò Menip-
pe? neque enim causam aut habitus, aut nomi-
nis intelligo. MEN. Atqui perspicuum id qui-
dē est, ac neutiquā arcanum. Nam hi qui ante
nos ad inferos olim viui descéderant, putauit
si me his assimularet, fore vt facilius Aiaci cu-
stodias fallerer, atq; nullo prohibente tran-
sire, vt pote notior tragicō admodū illo cul-
to emissus. Iam igitur dies apparuit, quum
nos ad flumen ingressi in recessum incumbim-
us. Parata siquidē ab illo fuerant cymba, sa-
crificia, mulsæ, & in id mysterium deniq; qui-
buscunque opus erat. Hęc postquā ergo quæ
prompta erant imposuimus, tū nos quoque

ingredimur tristes, lacrymisq; implemur
obortis.

Atque aliquantispet quidem in fluvio ferimur
deinde in syluam delatis sumus, ac lacum quen-
dā in quem Euphrates conditur. Tum hoc
quoque transmissio, in regionem quandā per-
uenimus solam, syluosam, atque opacam, in
quam descendentes (præbat enim Mithro-
barzanes) & puteum effodimus, & oues iugula-
mus, & foueam sanguine conspergimus. At
magus interim accensam facem tenens, haud
amplius iam summiſo murmure, sed voce quā
poterat maxima clamitans, dæmones simul
omnes conuocat, Pœnas, Erinnies, Hecaten
nocturnam, excelsamq; Proserpinam, simulq;
polyfyllaba quædam nomina barbara atque
ignota commiscet. Statim ergo tremere om-
nia, & rimas ex carmine solum ducere, ac
porrò Cerberi latratus audiri, & iam res planè
tristis ac moesta fuit:

Vmbrarū at timuit rex imis sedibus Orcus.
Ac protinus quidem inferorum patebant ple-
raque, lacus, pyriphlethon, ac Plutonis re-
gia. Tum per illum deludentes hiatum, Rha-
damantum propemodum metu reperimus ex-
tinguit. Ac Cerberus primū quidē latrabat,
commouitque se. At quum ego lyram, eeler-
ime correptā pulsasse, cantu statim soplitus
obdormit: deinde posteaquam ad lacum ve-
nimus, errare ferè non licuit. Iam enim onu-
stū erat nauigium, & ciuitatu certe plenū. Vul-
nerati quippe in eo nauigabat oēs, hic semur,
ille caput, alijs alio quopiā mēbrolocutus, vñq;
adeo ut mihi certe ex bello quopiā adesse vi-
derentur. At optimus Charon quum leonis

videret exuicias, esse me ratus Herculē recepit,
transque vexit libens, tum exeuntibus quoque
nobis monstrauit semitam. Sed quoniam iam
eramus in tenebris, præcedit quidem Mithro-
barzanes, ego autem à tergo continuus illi co-
mes adhæreo, quoad in pratum quoddam ve-
nimus maximum, asphodelo cōsītum, vbi
circumfusæ vndique mortuorū stridule nos
sequuntur vmbrae. Tum paulò procedentes
longius, ad ipsum Minois tribunal accessimus.
Erat ipse quidem in folio forte quodam sub-
limi sedens. Astabant autem illi Pœnæ, Tor-
tores, mali Genij, Furie. Ex altera parte plu-
rimi quidam adducti sunt ex ordine longa fu-
ne vincliti. Dicebatur autem adulteri, lenones,
mœchi, homicide, adulatores, sycophantæ, ac
talis hominum turba quiduis in vita patrā-
tum. Seorsum autem diuites ac fœneratores
prodibant pallidi, ventricosi, ac podagrīci,
quorum quisque trabe vinclitus erat, ferri pon-
dere duorum talentorū imposito. Nos igitur
altantes, & quæ fuit omnia conspicimus, &
quæ dicuntur auscultamus. Accusat autē nō
ui quidā atque admirabiles rhetores. PHIL.
Quinā ergo hi per louē sunt, ac ne isthuc qui-
dē te pigeat dicere. MEN. Vmbræne vn-
quam istas nō sti, quas opposita soli reddūt cor-
pora? PHIL. Quid ni? MEN. Hæ nos
igitur quū primum functi vita sumus accusant
testantur, atque redargunt, quicquid in vita
peccauimus, & sanè quædam ex his dignè ad-
modum fide videntur, vt pote nobiscum ver-
satæ semper, nostrisque nusquā digressæ cor-
poribus. Minos igitur curiose quemlibet ex-
aminans, impiorū relegabat in cætu, pœnas ibi
sceleribus suis dignas luitutum. In hos præci-
puetamen incenditur, quos opes dū viuerēt,
ac dignitates inflauerant, quique adorari se fe-
rē expectabant, nimirum breui peritūtā eorū
superbiam fastumque detestatus: quippe qui
non meminissent mortales ipsi quum sint, se se
bona quoque mortalia cōsecutos. At nunc
splendida illa extuti omnia, diuitias inquā, ge-
rus, mutia, nudi, ac vultu demissō steterunt,
tanquam somniū quoddā humanam hanc felici-
tate recognitantes, adeo ut hæc dū conspicar-
er nimis quā delectatus fuerim. Et si quē eorū
forte agnouerā, accessi, atq; in aurē ſūcier ad-
monui, qualis in vita fuerat, quātupere fuerat
inflatus: tum quū plurimi mane fores eius ob-
sidentes, pulsi interim exclusique à famulis il-
lii expectabant egressum. At ipse vix tandem
illis exoriens puniceus, aureus, ant versicolor,
felices ac beatos se facturum salutantes puta-
bat, si peccus dexteram porrigens, permette-
ret osculandā. Illi vero audientes ita moleste
ferebant. At Minos quiddā etiam indicauit in
gratiam. Quippe Dionysium Sicilię tyrannū
multis & atrocibus criminibus & à Dionē ac-
cusatum, & graui Stoicorum testimonio con-
uictū, Cyrenæus Arisippus interueniens (nā
illū valde suspiciunt inferi, eiusque plurimum
ibi va;

ibi valet autoritas) fermè iam Chimere alligatum absoluuit à pœna, asserens illum eruditoru nonnullos olim iuuuisse pecunia. Tum nos à tribunali discedentes, ad supplicij locum peruenimus. Vbi ô amice & multa, & miseranda audire simul, ac spectare licuit. Nam simul & flagrorum sonus auditur, & ciuiatus hominum in igne flagrantium, tum rotæ & tormenta, catenæ: Cerberus lacerat, & Chimæra dilaniat, clucenturque pariter omnes, captiuæ, reges, prefecti, pauperes, mendici, diuites, & iam scelerum omnes pœnitentebat. Et quosdam quidè eorū, cù intuemur, agnouimus, videlicet qui nuper è vita discesserant. At hi se pudētes tum occulebant, nostroq; subtrahebat aspectui, aut si nos aliquando respiciebant, id seruilem admodū abiecteq; faciebant, atq; hi quidem quād olim putas onerosi fastuosique in vita? At pauperibus malorū dimidiū remittebatur, & quū interquerueissent, denuo repetebantur ad poenam. Sed illa quoque quæ fabulis feruntur aspexi, Ixionem, Sisyphum, Phrygiūque grauiter affectū Tantalū, genitumque terra Tityū, Dij boni, quantū integrū stratus agrū occupabat. Hos tandem prætereunt, in campū venimus Acherusiu, vbi semideos, heroidasque reperimus, atque alia simul mortuorū turbam in gentes, tribusque dispositam, alios quidem vetulos quosdam ac marcidos, atque (vt Homerus ait) euanidos, alios verò iuueniles & intègros, & hos potissimum ob illam condiendi efficaciam Agyptios. Verum dignoscere quilibet haud proclue fuit, adeo nudatis ossibus omnes erant inuicem similiimi nisi quod vix tandem eos diu intendentis agnouimus. Quippe conferti considerabant obscuri atq; ignobiles, nullumque seruantes amplius pristinæ formæ vestigii. Cū igitur multi ossæ consisterent, inuicè omnino similes, qui terrificū quiddā per cauos oculorū orbes traspicerent, dentesque nudos ostenderent, hæstibā certè mecū, quonā signo Theristé à Nireo illo formofō discernerē, aut mèdicum Irum à Phœacū rege, aut Pyrrhiā coquū ab Agamēnone. Quippe quibus iam nihil veteris permansit iudicij, sed ossa fuerunt inter se similla incognibilia, nullis inscripta titulis, nullaque vñquam dignoscenda. Hæc igitur spectant mihi, persimilis hominū vita pōpæ cuipiā longæ videbatur, cui præsit ac disponat quæque fortuna, ex his qui pompā agunt, diuersos variosq; cuiq; habitus accommodans. Aliū siquidē fortuna deligens, regijs ornat insignibus, & tiaram imponens, & satellites addens, et caput diadematè coronans. Alium serui rursus ornatū induit, hunc formosum effigiat, hunc deformem atque deridiculū fingit: nam omnigenū, vt opinor, debet esse spectaculum. Quin habitus quorundam pleruq; in media quoq; pōpæ demutat, neq; perpetuo eodē sinit ordine, cultuq; progredi quod prodierant. Sed ornate cōmutato Crœsum quidè coëgit serui captiuiq;

vestes induere. Mæandriū autē olim inter seruos incedente, Polycratis vicissim ornat tyrānde. Et aliquatīspēr quidē eo cultu permittit uti verū vbi iā pompe tēpus præterit, apparatus quiq; restituēs, & cū corpore simul exutus amictu, qualis antè fuit, efficitur nihilo à vicino differens. Quidam tamen ob inscitiam quū suos fortuna cultus exigit, ægreferunt atq; indignantur, tanquam proprij quibusdam bonis priuati, ac non potius alienis, quibus paupisper vtebantur, exuti. Quin in scena quoque vidisse te pleruq; puto histriones istos tragicos, qui (vt fabulæ ratio pōscit) modo Creōtes, modo Priami fiunt, aut Agamemnones. Idemque (si fors tulerit) paulò ante tam grauiter Cœcropolis aut Erichthei formā imitatus, paulò post seruus, poëta iubente, progreditur. At quū fabulæ iā finis affuerit, quiq; auratas illas vestes exutus, personā deponēs, & ab altis illis crepidis descendens, pauper atq; humilis obambulat, haud amplius Agamemnon ille Atreo prognatus, aut Creon Menœcei filius, sed Polus filius Chariclei Suniensis, aut Satyrus fili⁹ Theogitonis Marathonius. Sic se mortaliū res habēt, quēadmodū mihi tū spectanti videbatur. P H I. Dic mihi Menippe, isti qui magnificos altosq; tumulos habēt super terrā, & columnas, imagines, titulos, nihilōne sunt apud inferos plebeis quibuslibet vmbbris honoratores? M E N. Nugaris tu quidē, nā si vidisses Mausolum, Carē illum dico Pyramide celebrē, sat scio, nūnq; ridere desijsses, ita in antrum quoddam abstrusum despectim abiecius est, in reliqua mortuorum turba delitescēs. Hoc tantū cōmodi mihi videtur ex monumento referre, quod imposito tanto pōdere, laborat magis & premitur. Nā quū Aēacus ô amice, locum cuiq; metitur, dat autē cui plurimū haud amplius pedem, necesse est eo iacere contentū, sefēq; ad loci modū contrahere. At v̄hemētius multo risisses, opinor, si reges hosce nostros satrapasq; vidisses apud eos mendicantes, & aut falsamenta vendentes, aut primas ipsas literas vrgente inopia profitentes, & quemadmodum contumelijs à quo quis afficiatur, atque in faciem cædantur, perinde atq; vilissima mancipia. Itaq; Philippum Macedonē conspicatus, continere me certe non potui: ostensus est mihi in angulo quodam detritos calceos mercede resarcies. Quin alias præterea multis erat videre mendicantes in triujs, Xerxes videlicet, Darios, ac Polycrates. P H I. Admiranda narras ista de regibus, peneq; incredibilia. Socrates autē quid facit, ac Diogenes? & si quis est sapientum alias? M E N. Socrates profecto etiam ibi obseruator, omnesq; redarguit: versantur autem cum illo Palaomedes, Ulysses, & Nestor, & quisquis et alius inter defunctos garrulus. Instantur autem illi etiānum, atq; intumescunt ex hausto veneno crura. At optimus Diogenes Sardarapalo vicinus Assyrio, Midæq; Phrygio, atq; alijs item pluribus

LUCIANI NECROMANTIA.

pluribus ex istorum sumptuosorum numero manet, quos quum ciuitates audit, veteris fortunae magnitudinem recogitantes, & ridet, & delectatur, ac superius cubans, ut plurimum cantat, aspera nimis atque iniucunda voce illorum ciuitatus obscurans, adeo ut id agere ferentes, nec Diogenem ferre valentes, de mutanda sede deliberent. PHIL. De his iam satis quidem: ceterum quodnam illud decretum est, quod initio dixeras aduersus diuites esse sanctum? M E N. Bene admones: nescio enim quo pacto quum hac de re dicere proposuisssem, ab instituto sermone procul abertavi. Dum igitur ibi versabar, magistratus concionem aduocauerunt, his videlicet de rebus, que in commune conducerent. Conspiciens ergo multos concurrere, me quoque cum illis simul immiscens, unus de numero eorum qui in concione aderant, efficior. Agitata sunt igitur & alia multa: postremo de diuitibus negotiis, in quos postea plurima fuissent obiecta, violentia, superbia, fastus, iniuria, assurgens tandem ex populo primas quidam huiusmodi decretum legit. Quoniam, inquit, multa diuites perpetrant in vita, rapientes ac vim inferentes, inopesque omni modo despectui habentes, Curiæ populoque visum est ut quoniam vita fuerint corpora quidam eorum penas cum alijs sceleratorum corporibus luant: animæ vero sursum remissa in vitam, ita asinus demigrent, donec in tali resu statu quinque ac vices decem annorum milia transferrent, asini semper ex asinis renati, onera ferentes, atque a pauperibus agitati. Dein ut liceat illis in vita excedere. Hanc sententiam dixit Calvarius, patri Aridello, patri Manicensi, tribu Stygiana. Hacigitur lege recitata, approbaerunt principes, ciuitate plebs, adfremuit Proserpina, allatruavit Cerberus: sic enim ratae inferi statuunt, autenticaque fiunt. Quæ igitur in concione agebantur, erant huiusmodi. Tum ego statim, cuius gratia veneram, Tiresiam adeo, atque illi re, ut erat, ordine narrata supplicau, ut mihi diceret, quodnam optimum vitae genus putaret. Hic vero subridens (est autem scriculus quispiam cœsus pallidus, voce gracili) o fili, inquit, causam tuę perplexitatis scio a sapientibus istis profectam, haud quaque idem inuicem ipsisdem de rebus sentientibus, verum haud fas est tibi proloqui: si quidam quod Rhadamanthus interdixit. Nequam, inquit, o patercula, sed dic amabo, neque me contemnas, qui in vita te etiam ipso cæcior obero. Abducens ergo me, procul ab alijs auferens ad aures mihi inclinans: Optima est, inquit, idiotaru, priuatorumque vita ac prudentissima. Quamobrem ab hac vanissima sublimium confideratione desistens, mitte principia semper, ac fines inquire, & vasos hosce syllogismos despiciens, atque id genus omnia nugas aestimans, hoc solum in tota vita perseque, ut presentibus bene cōpositis minime curiosus, nulla re sollicitus, quam plurimum potes hilaris vitam ridensque traducas. Hæc quum dixisset rursus Asphodelorum in pratu fæse corripuit. Ego igitur (nam & nunc vesper erat) age, inquam, o Mithrobarzane quid cunctamur: ac non hinc rursus abimus in vitam? Ad hæc ille: confide, inquit, o Menippe, breuem quippe facilemque tibi monstrabo semitam: & me protinus abducens in regionem quandam magis priore tenebris, manu procul ostendens subosculum, tenueque, ac velut per rimam influens lumen, illud, inquit, Trophonij templum est, atque illac ad inferos est Bœotia descenditur, hac ascendens, atque illico fueris in Graecia. Ego igitur hoc sermone gausus, salutato Mago difficile admodum per angustas antri fauces subrepens nescio quo pacto, in Lebadiam perueni.

PHILOPSEVDES LV. CIANI, SIVE INCREDV. *Ius, Thoma Moro interprete.*

TYCHIADES, AC PHILOCLES.

Potes mihi Philocles dicere, quid nam id tandem sit, quod multos in metiendi cupiditatem adducit, ut pariter gaudeant, quoniam & ipsi nihil sani loquuntur, & his qui talia narrant, maximè animum intendant?

PHIL. Multa Tychiade sunt, quæ non nullos mortales mentiri compellunt, quia in rem vident conducere. TYC. Nihil ad rem hæc, ut aiunt, neque enim de his rogabam, qui quoniam vobis postulat mentiuntur: venia nimis hi, immo laude plerique eorum, digni sunt, quicunque vel hostes se fellerunt, vel ad salutem tali quoniā pharmaco vobis sunt in necessitatibus. Cuiusmodi multa Ulysses etiam fecit, ut & vitam suam, & sociorum redditum redimeret: sed de illis vir optime dico, qui nulla necessitate mendacium ipsum veritati longe anteponunt, ipsa re videlicet delestat, atque in ea sine villa idonea occasione versati.

Isti ergo scire cupio, cuius commodi gratia istud agunt. PHIL. An alicubi tales aliquos iam deprehendisti, quibus hec insita sit metiendi libido? TYC. Et quidam admodum multi sunt huiusmodi. PHIL. Quid aliud ergo in causa sit, quod metiuntur nisi demetia? siquidem re pessimam, optimæ loco præoptant. TYC. Hoc nihil est, nam ego tibi multos ostenderim ad cætera prudentes, ac sapietia mirabili: nescio tamen quo pacto captos hoc malo, mendacijque, studioflos, adeo ut ego certe moleste feram, quod viri tales, omnibus cæteris in rebus optimi gaudet tamē, & se, & eos in quos inciderint, fallere. Nam veteres illi, id quod tibi nos tuis est quā mihi, Herodotus, Ctesiasque, Cnoidius, atque his superioribus: deniq; Homerus ipse, viri celebres, mendacij etiam scriptis vtebantur, ut non solum eos fallerent, à quibus tunc audiabantur, verū vsq; ad nos etiam mendaciū per manus

manus traditum perueniret, in pulcherrimis versibus metrisq; feruatum. Me ergo s̄epe illorum versuum nomine subiij pudor, si quando cœli sectionem, ac Promethei vincula recensent, gigantumq; rebellionem, atque omnem illam de inferis tragœdiam Et quo pacto ob amorem Iupiter in taurum, & cygnū versus sit: & quemadmodū ex muliere quispiam in aliculam vrsam vre mutatus sit. Pegasos præterea, Chimærasque, & Gorgonas, ac Cyclopas, atque id genus omnia, admodum absurdas mostrosasq; fabulas, & quæ metes afficer pueroru quæat, qui laruā adhuc laniāq; metuunt: quanquā poetica sint fortasse tolerabiliā. At vrbes iam gentesq; totas vna voce, ac publicitus mentiri, an non hoc ridiculū? Voluti quum Cretenses sepulchrū Louis ostendere non putet: Athenienses Erichtonium editum ē terra ferunt, primosque illos homines in Attica olerum more ex terra emersisse. Hitem multo verecundiores quām Thebani, qui ex serpentis dentibus satios quoqdā progerminaſſe narrant: quod si quis hæc, quā ſint ridicula, vera eſſe non credit, ſed ea prudenter examinans, Corœbi cuiuspiam, aut Margitæ existimet eſſe: ſi quis aut Triptolemum credit in alatis draconibus per aērem vectum eſſe, aut Pana quandam ex Arcadia in Marathonem venisse auxilio, vel Orithyam à Borea raptam eſſe, impius nimirum hic atque insanus videatur eis: quippe qui tam manifesta veraq; non credit, vt quead eo obtinet mendacium. PHIL. At poetis Tychiade, vrbisq; fuerit fortassis ignoscendū: nā illi delectationem illam quæ ex fabula proficiscitur, vt quæ maxima sit illecebra, poëmatibus suis immiscent, qua potissimū erga auditores opus habent Athenienses verò Thebaniq;, & ſi qui ſunt alij, patriæ ſue plus maiestatis ex humiſmo diſfigmentis conciliant: quod si quis fabulas auferat ē Græcia, nihil obſtiterit quo minus earū narratores fame intereant, quando iā nemo futurus sit hospitum, qui verum vel gratis audire velit. At ſi qui nulla tali cauſa, gaudent tamen mendacio, hi omnino ridiculi merito videantur. TYCH. Reſte dicit, nam ego protinus ab Eucrate illo celebri venvio, vbi multa incredibilia, ac fabulosa quum audiſſem, inō vero medio in ſermone diſcessi non ferens narrationem tam ſupra fidem, ſed me velut furia quēdā abegerunt dū monſtroſa multa atq; abſurda referret PHIL. Atqui Tychiade, vir grauis Eucrates eſt, & nemo certè crediderit illum tam promissa barba vīrum ſexagenarium, & qui præterea ſit plurimum in philoſophia veriſatus, ſuſtinuiſſe vt alium quenquam audiret ſe præſente menſientem, nedum vt ipſe tale quicquam audeat. TYCH. At neſciſ amice qualia referebat: tū ea quām conſtanter aſſerebat: præterea quām fanſtē in plerisque iurabat, admotis etiam ſilijs, adeo vt ego quū cum reſpicere, varia me-

cum cogitare, interdum quidem illum inſa- nire, neque animo conſtare. interdum verò ita cogitabam, fugiſſe me, quod impostaſ effet, ac tantum temporis ſub leonis pelle riſiculam quādam ſimiā circumculiſſet: adeo abſurda narrabat. PHIL. Quānam illa (per Lares) ſunt Tychiade, nam cupio cognoscere quamnam præſtigiaturam ſub tam longa barba oculuerit. TYCH. Solebam quidem etiā aliās Philocles aliquoties eum interuifere, ſi quādo videlicet multo ocio abuſuarem. Hodie verò quā opus effet mihi cōuento Leontico (eſt autem, vt ſciſ, amicus mihi) edoctus à pueru eum ſe ad Eucratē manē contuliffe, vt eum morbi inſpiciēdi cauſa viſeret, amborum nomine, nempe vt & Leonticū conuenirem, & Eucratem viſerem, ignoraueram autem quod ægrotaret, ad eum peruenio. At Leonticum ibi iam non inuenio: nam paulo antē, vt dicebant, exiuuerat, alios verò conſertos repe- riori, in quibus erat & Cleodemus Peripateti- cus, & Diomachus Stoicus, & Ion, noſti vi- rum? illū dico, qui ex Platonica doctriña mag- nam ſui admirationem expectat, vt qui ſolus mentem viri deprehenderit, quique eius ora- cula alijs quoque poſſit enarrare: vides quoſ tibi viros nomino, nimirum omni ſapienția, atque omni virtute præditos, vt poſte iſum ex quaque ſecta caput, reuerendos hercle omnes, atque aspectu propemodum terribiles. Ade- rat præterea medicus Antigonus, vt vſui in morbo eſſet aduocatus opinor: & melius iam habere ſe videbatur Eucrates: ac morbus qui- dam ex familiaribus erat: humor enim rufus in pedes ei deſcenderat. Sedere me ergo Eu- crates in lecto iuxta ſe iuſſit, voce languideſſe remiſſa paululum, quum me coſpiceret: quan- quam interim dum in gredere, vociferantem eum, ac vocem intendentem audieram: tamen ego admodum curioſe cauens ne pedes eius tan- gerem, vbi me vulgaribus iſtis verbis purga- ueram, quod eum ægrotare neſciuerim: quod vbi reſiſſem, curriculo venebam, adſedi propè, & illis quidem ſermo iam de morbo erat, & quædam iam ante dixerant, quædā verò etiam tunc narrabat: præterea medicamenta quæ- dam quisque proferebat. Cleodemus igitur: Si quis ergo (inquit) ſinistra manu tollens hu- mo muſtelæ dentem, ſic interfictæ, vt ante dixi, in leonis pelle alligauerit nuper exco- riati, ac deinde circum crura poſuerit, illlico ſe- datur dolor. Non in leonis pelle (inquit Di- nomachus) vt ego audiui, ſed in ceruæ potius ſœmellæ virginis adhuc, & nondum initæ, & res quidem magis eſt hoc pacto credibilis: ve- lox enim ceruæ eſt, maximeque valet pedibus: & leo quidem fortis eſt, pinguedoque eius, ac manus dextra, pilique qui recti ē barba promi- nent, magnam vim obtinent, ſi quis vti noue- rit, cum proprio cuique carmine, at pedum cu- ram minimè pollicentur. Etipli quoque, in- quid Cleodemus, olim ſic putabam ceruina pelle

LUCIANI NECROMANTIA

pelle vtendum, propterea quod cerua velox esset. At nuper vir quidā Libycus, peritus profecto in rebus huiusmodi contra me docuit, ceruis ostendens velociores esse leones, quippe qui eas, inquit, etiam persequendo capiunt. Laudabant qui aderant, tanquam recte dixisset Libycus ille. Tum ego : Putatis, inquā, incantamentis quibusdam sedari talia: aut foris admotis appendiculis, quum intus malū grassetur? Riferunt hunc sermonem meū: & palam in me magnā damnabant amentiam, qui apertissimas res ignorare, & quibus nemo qui sapiat contradicat, quin sic se habeant. At medicus certè Antigonus delectari mihi visus est hac rogatione mea. Iamdudum autem negligētū habitus fuerat, opinor, quum opem Eucrati ferre ex arte vellet, denuncians videlicet vino vt abstineret, atque oleribus vesceretur, & vigorē animo omnino minueret. Cleodemus ergo subridens interim: Quid ais, inquit, Tychiade? incredibile tibi videtur esse, vt ex rebus huiusmodi parentur quædam aduersus morbos remedia? Mihi certe videtur, inquam ego: nisi naribus adeo mucosis sim, vt credam ea quæ foris applicantur, nihilque cum his quæ morbos excitat, intus communicant, per verbula tamen, vt dicitis, ac præstigiaturam operari: & quū appenduntur, sanitates immittere: id profecto nunquā fieri possit, nec si quis vel in Nemei leonis pellem sedecim mustelas integras infuerit. Ego profecto leonem ipsum & doloribus saepe claudicantē vidi in vniuersa fuijpsius pelle. Nimirum idiota es, inquit Dinomachus, neq; vñquam tibi curæ fuit, vt discesseres quonā modo res istiusmodi aduersus morbos, quum adhibentur conferunt: ac mihi videris ne notissima quidēn̄ ista recepturus: febris videlicet iſtarū profligations, quæ certo quodam ambitu recurrunt, tum serpentum demulsiones, ac bubonum sanationes, & cætera: quæcunque anus etiam iā faciunt: quod si illa fiunt omnia, cur tandem non putabis hec etiam similibus rebus fieri? Infinita congeris, inquam, Dinomache, clauūq; vt aiunt, clauo extrudis. Neque enim constat ea quæ commemoras, eiusmodi vi fieri. Quamobrem nisi redditia ratione persuaseris primum natura fieri posse, vt febris tumorque vertatur, aut nomen aliquod diuinum, aut dictiōnem aliquam barbaricam: ob idq; ex inguine fugiat: aniles adhuc fabulæ sunt quæcunque retulisti. Tu mihi videris, inquit Dinomachus, quum ista dicas, ne deos quidēm esse credere. Siquidē putas fieri nō posse, vt per sacra nomina remedia morbis adferantur. Hoc, inquam ego, vir optime n̄e dixeris, nihil enim prohibet quo minus, etiā si maxime dīj sint, ista tamen sint vana. Ego vero, & deos colo, & medelas eorū video, & leuamenta quæ laborantibus conferunt, pharmacis videlicet, atque arte medica restituētes. Itaque Aesculapius ipse, eiusque posteri salutaria pharmaca admouentes medebantur egro-

tis: non leones, aut mustelas circunligantes. Mitte hunc, inquit Ion. At ego vobis mirabile quiddam narrabo. Erām adhuc adolescentulus, annos natus fermē quatuordecim, cū quidam ad patrem meum venit, nuntians ei, Midā vitis cultorē seruum, etiā alijs in rebus robustū, atque industriū, circa plenū iam forū à viperā mortuū iacere iā putrefactō crure. Et enim dū ligaret palmites, ac vallis circumpliaret, adrepentem bestiolā maximū ei pedis momordisse digitum. Tū illā quidem illico aufragisse, & se rursus in latebrā condidisse. Illū vero ciulare perditū ē doloribus. Hæc ergo quum nuntiarentur, iam Midā ipsum videbamus lectica domum à conservis ad portari, inflatum totum, liuidum, ac superficie tabefactū, vix iam spirantem. Pater ergo quū id moleste ferret, amicorū quispiā, quītū forteaderat: bono animo es, inquit. Ego enim virū quendam Babylonium ex Chaldeis, quos vocant, protinus huc adducam, qui sanabit hominē. & ne diem narrando conterā, venit Babylonius, ac Midam restituit: effugato ex corpore veneno quadam incantatione, & ad pedem eius appéso virginis defuncte lapillo, quē ē columnā exciderat. Atque istud quidem hactenus forsan mediocre fuerit. Tum Midas iam ipse sublato in quo allatus erat scabello, discessit in agrum, tantum potuit incantatio, & columnaris ille lapis. At idem iste Babylonius alia præterea diuina plane fecit. Nempe in agrum profectus mane, quum pronuntiasset sacra quædam ex vetusto codice, septem nomina, sulphure ac face lustrato loco in orbem ter obambulans, serpentes omnes in uitios exciuit, quicunq; intra eam regionem erant. Veniebant ergo tanquam ad incantationem traicti, serpentes multi, atque aspides, & viperæ, & ceraſtæ, & iaculi phryniq; ac physali: relinquebatur autē vñus draco, annosus, prærepere (vt opinor) ob senectā non valens, qui non fuerat audiens dicto. At magus: Non adsunt omnes, inquit. Tū vnum quendam ex serpentibus, eum videlicet qui natu minimus erat, selectum legatum mittebat ad draconē: ac paulo post venit etiam ille. At postquam iam collecti constitissent, Babylonius in eos insibilavit. Atq; illi repente admodū omnes ab eius flatu incelsi sunt, nobis interim admirantibus. Tū ego, dī mihi inquā, Ion. Serpens ille legatus, iuuenem illum dico, vtrum manu deduxit draconem, qui iam (vt aīs) senuerat, an ille baculū gestans innitebatur? Ludis tu quidem, inquit Cleodemus. At ego, qui & ipse quoque olim minus talia credebam, quām nunc tu, putabam enim nulla ratione fieri posse, vt ea crederem, tamen quum volantem primum conspicarem, peregrinum illum barbarum (erat autem, vt ferebant, ex Hyperboreis) credidi, ac victus sum: quū tam multum diuque repugnassem: nam quid facerem, quum eum cernerem in aere volantem, atque id interdiu, ac super aquam ingredientem

gradientem, atq; per medium ignem incendētem, idque lentē ac sensim? Tu ne, inquā ego, ista videbas, virum Hyperboreum volantem, aut super aquas ambulantem? Et maximē inquit ille, carbatinas indutum, quo calceamenti genere illi potissimū vtuntur. Nam minutula ista quid attinet referre, quæcunq; fecit quo pacto amores immiserit, ac dæmones exegerit mortuosque marcos in vitam reuocauerit, atque Hecaten ipsam palā conspectibus exhibuerit, Lunamque è cœlo detraxerit? Quin ego vobis referam, quæ ab eo fieri cōspexi in Glaucia Alexidis filio. Glaucias hic quū patris nuper defuncti substantiam suscepisset, Chrysidem amabat Demænetifiliam, ac me quidem præceptore in disciplina vtebatur: ac nisi amor ille à studio deduxisset eū, vniuersam Peripateticorū doctrinam perdidicisset: vt qui octo & decem quī esset annorum, jam absoluerat analyticā: tum physicam auscultationem in finē v̄isque percurrerat. Amore tamen viētus, mihi rem omnem significat. Ego vero, quem admodū par erat, quippe qui præceptor eram Hyperboreum illum magum ad eum duco: conductum quatuor ilico minis in manum datis, oportebat enim præparari quiddam ad sacrificia, tum sedecim præterea, si Chrysidē potiretur. Ille vero crescentem obseruás Lunam (Nam tunc vt plurimū huiusmodi sacra peraguntur) fossam quū effodisset in aperto quodam loco domus, sub dio circa medianam noctem, euocauit nobis primum quidem Anaxiлем Glaucię patrem, ante septem menses vita defunctum. Succensebat autem ob amore senex, atque indignabatur. Tandem tamen ei permisit, vt amaret. Postea vero Hecaten quoq; eduxit, adferentem vnā Cerberū: tum Lunam detraxit multiforme quoddā spectaculum, & quod alias aliud apparebat. Primum quidem muliebrem formam referebat: deinde in vaccam formosam vertebatur. Postremo verò catula videbatur. Hyperboreus ille tādē, quū fixisset quēdam ē luto Cupidinem: Abi, inquit, atq; huc perducas. Chrysidē: ac lutum quidem protinus euolabat: paulo post autem affuit illa pulsans ostium. Tum ingressa Glaucia cōpletebitur, eū quam insanissime deperiens & cum eo versata est, quoad gallos canentes audiuiimus. Tum verò Luna subuolabat in cęlum, atque Hecate subiit terram, cæteraq; spætra disperuerunt: & Chrysidem tandem emisimus circa ipsum fermē diluculum. Hæc Tychiades si cōspexisses, haud quaquam amplius dubitasses, esse multa in carminibus istis commoda. Bene dicis, inquā, ego credidisse equidē, si vidissem ea: nunc verò ignoscendū mihi puto, si qualia vos videtis, acute perspicere nō possum: veruntamen Chrysidē illā quā dicis, noui mulierē planē meretricem ac facilem: nec video sanè cuius gratia ad illam egueritis luteo illo ligato, magoq; ex Hyperboreis v̄sq; atq; ipsa insuper Luna. Quippe quam viginti

drachmis ducere in Hyperboreos v̄sq; potuissēs. Mirifice enim se se offert ad hanc incantationem mulier. Et contrarium quiddā spectris iſbi habet. Nā ea quidem æris ferrive sonū si audierint, fugiunt (nam id vos prædicatis) illa verò si argētū v̄spīa sonuerit, accurrat ad tinnitum. Præterea ipsum etiam magū admiror: quod cum dītissimas mulieres in amorem sui possit elicer, atq; ab eis solida talenta suscipere, is tamen ob quatuor minas admodū tantilli lucelli audīs Glauciam amoris compotem fecerit. Ridicule facis, inquit, Ion, qui nihil credis. Ego te libenter ergo rogauerim quid de his respōdeas, qui dæmoniacos liberāt terroribus, adeo manifeste spectra illa carminibus ejicientes? Atq; hæc me dicere nō opus est, verū omnes nouerunt, Syrus ille ex Palæstina qui harū rērū artifex est, quam multos mortales suscipiat, qui ad Lunā concidunt, oculosq; distorquent, spumaq; oppleant: quos tamen erigit ac sanos remittit, magna accepta mercede, diris eos malis liberans. Etenim quū iactibus instet, rogaueritque vnde sint in corpus ingressi, ægrotus quidē ipse tacerat, at dæmō verò respondet (aut lingua Græca loquens, aut barbarica, aut vnde cunq; fuerit ipse) & quomodo, & vnde intravit in hominē. Ille verò adiurans eum, ac ni paruerit minitans etiam expellit abigitq; dæmonē. Quin ego quoque dæmonē quendā exeunte vidi nigru certē, & colore fumidum. Non magnum erat, inquam ego, talia te Ion cernere, cui ipse etiā apparēt Ideæ, quas vestræ familæ parens ostēdit Platio, rem videlicet spectatu tenuem, atq; euaniādam, quantum ad nos homines luciosos. Itāne solus Ion, inquit Eucrates, itiūmodi vidit, ac non alij etiā multi incidentur in dæmones: alij noctu, alij etiā interdiu? Ego profecto nō semel, sed millies iā talia conspexi. ac primum quidem turbabar ad ea: iam verò ob consuetudinē nihil nouū, aut prodigiosum mihi videor, maximeque nunc ex quo anulum mihi Arabs dedit ex ferro de cruce quāpiam sumpto, factum: carmenq; docuit nominibus multis plenum, nisi forte ne mihi quidē fidē sis habiturus Tychiade. At quī fieri possit inquā, vt Eucrati nō credā Dinonis filio: viro imprimis sapienti, ac liberè, quæ sibi videntur, domi in priuato suo cū autoritate narrāti? Illud ergo de statua, inquit Eucrates, quæ omnibus qui in domo sunt singulis noctibus apparet, tū pueris tū adolescentibus, tū senibus, hoc inquā, non à me duntaxat audieris, verumet iā à nostris omnibus. De qua statua, inquā ego? Nō vidisti (inquit) quū ingredieris statuā quādā in atrio collocatam, sanē quā pulchrā opus Demetrij: qui statuas humana specie fingere consuevit? Nōnne illā dicis, inquam, quæ dīcū iacit: quæ inclinata est ad emissuri gestum, reflexa in eam, quæ discum fert, altero pede modice inflexo, quæque se erectura videtur

LUCIANI PHILOPSEVDES.

Myronis operibus ille disci iactator, quem dicitis. Sed nec eam quæ est ei proxima: cui tenijs caput vinclatum est formosam loquor illam. Nam id Polycleti opus est: verum eas, quæ à dextera sunt ingredientibus omitte, inter quas & tyrannicidæ illi stant, Critæ Nesiotaæ plasmata: tu vero an non ad aquam illam quæ influit, quampiam vidisti ventre prominulo, caluam, feminudatam, vulsis quibusdam barbae pilis, insignibus venis vero homini simillimam? Pelichus dux Corinthius esse videtur. Per loué, inquit, vidi quaendam à dextra Saturni, quæ tenias coronasque aridas habebat, pectoraque folia quædam inaurata. Ego, inquit, Eucrates, ea inauraui, quum me sanasset tertio, dic epialo pereunte. Eratne igitur etiam medicus, inquit, ego, optimus iste pelichus? Est neque ride, inquit Eucrates: alioqui homo te haud multo post inuadet. Noui ego certe quantum valeat hæc quam tu rides statua. An non eiusdem putas esse immittere epialos in quos voluerit, quandoquidem potis est ejcere? Propitia, inquam, placataq; sit hæc statua mihi, quæ tantum valeat. Quidnam ergo aliud facientem eam viderunt omnes qui in domo sunt? Quum primum nox est, inquit, hæc è base descendens in qua steterat, in orbem totam domū circuit: omnes occurunt ei interdum etiam canentib; nec quisquæ est quem vñquam læserit, diuertere tantum oportet. Illa vero præterit, nihil intuentes infestant, quum & lauat sèpe, & tota nocte ludit, vt ex ipso aquæ strepitu licet audire. Vide ergo inquam ego, ne fortè non Pelichus hæc statua sit, sed Talus potius Cretensis, qui apud Minoem fuisse dicitur: nam & ille æreus quidam Cretæ custos erat: quod si non ex ære, non autem ex ligno facta esset, nihil eam prohiberet, qui non opus Demetrij, sed vna potius ex Dædali machinis esse videatur. E base namque (vt ait) etiam ista fugit. Vide, inquit, o Tychiade, ne te posthac scomatis huius pœnitentia. Noui quidem ego, quid illi euenerit, qui obolos surripuit, quos ei quoque nouilunio suspendimus. Prorsus atrocia, inquit Ion, oportebat accidere: quippe qui sacrilegus erat: quomodo ergo illu vltus est o Eucrates? Nam audire cupio, etiam si maximè Tychiades isti diffusurus est. Multi, inquit ille, ad pedes eius oboli iacebant, aliaque item numismata quædam argentea ad crus eius affixa cera, ac laminæ quoque argenteæ: vota cuiusque aut merces obfatione eius, qui ab eo liberatus esset, quum febre detineretur. At erat nobis seruus quidam Libycus sceleratus equorum curator. Hic noctu aggressus est ea auferre omnia, abstulitque digressam iam quū obseruasset statuā. At quū primum reuersus intellexit sacrilegio se compilatum Pelichus, vide quo pacto fese vltus est, atque furti prodidit Libicum. Tota nocte atrium obambulabat, in orbem miser exire non valens, tanquam in Labyrinthum incidisset,

quoad orta die iam deprehensus est, ea tenens quæ furto abstulerat: ac tū quidem comprehensus, plagas non paucas recepit, nec temporis multū superstes malus male perijt: vapulas, vt dicebat, singulis noctibus: adeo vt vbi ces postridie apparerent in corpore. In nunc, & post ista quoq; Tychiades Pelichū ride, ac me tanquam coætaneum Minoi iam delirare puta. At o Eucrates, inquit, ego, quām diu æs erit æs, operisq; plastes Demetrius Alopecensis fuerit qui non deos, sed homines fingere consuevit: Pelichi nunquam statuā verebor, quippe qui nec ipsum etiam viuentem, si mihi minaretur admodum timuissem. Ad hæc medicus Antigonus. Et mihi o Eucrates, inquit, Hippocrates èreus est magnitudine fermè cubitali: qui tunc duntaxat quum lucertia extincta sit, totam in orbem domum ambit, perstrepens ac pyxides euertens: pharmacaque commiscens, atq; ostia circumuerens, maximeque si quādo sacrificia prætermittimus, quibus in singulos annos ei sacrificamus. Postulat, ergo, inquit, ego, etiam Hippocrates medicus iam vt sibi sacrificetur: indignaturq; nisi in tempore iustorum sacrificiorū epulis accipiatur: quē nimirum dicebat boni consulere, si quis ei libauerit, aut mūlsum insperserit, aut caput coronauerit. Audi ergo, inquit, Eucrates: istud certe etiam testibus probauero, quod ante annos quinque vidi. Erat fermè vindemiæ tempus. Ego vero in agrum circa meridiem vindemiatū dimisisi operarijs, in syluā solus abibam: cogitans interim quiddam, atque considerans. At postquam in saltum perueni: canum primo latratus insonuit. Ego vero Mnasona filium meum cum æqualibus venientem, ludere venarique (quemadmodum solebat) coniiciebam. At res haudquam sic se habebat: verum paucis post facto terræmotu, sonoque velut è tonitru, mulierem aduenientē video terribilem: proceritate fermè semistadiali: habebat autem in sinistra faciem, in dextra vero gladium viginti circiter cubitorum. Et inferne quidem pedibus erat serpentinus, superne vero Gorgonem referens vultu videlicet, atq; aspectus horrore: pro coma quidem draconibus, tanquam cesarie circumcincta: alijs collum amplectentibus, alijs etiam per humeros sparsis. Vide, inquit, amici quo pacto etiā inter narrandum exhorri: & simul hæc dicens Eucrates, ostendit omnibus brachij sui setas erectas metu. Ion ergo ac Dinomachus, & Cleodemus vehementer inhiantes, auscultabant eum viri senes, tanquam naribus traherentur, adorantes apud fese tam incredibilem Colossum, mulierem semistadalem, Giganteum quoddam Mormolyciū. Ego vero considerabam interim cuiusmodi erant hi qui cum iuuenibus sapientia nomine versentur, vulgoque in admiratione habeantur: quum sola nimirum canicie barbaq; ab ipsis differant infantibus: Cæterū etiam illis ipsis facilis ductiles ad credenda men-

mendacia. Diomachus ergo, dicit mihi, inquit Eucrates: illi canes deinceps, quanta magnitudine erant? Elephants, inquit ille, proceriores Indicis, nigri & ipsi hirsutique, sordido squalidoque villo. Ego igitur quum viderem, restitu, inuerso protinus in interiorem digitum partem quod Arabs mihi dederat) sigillo. Hecate ergo percusso draconicis illis pedibus solo, hiatu efficit maximum: & qui immanni magnitudine penitus aequaret tartarum. Deinde paulo post abiit in eum desiliens. Ego vero precente animo porrecta ceruice inclinatus, inspexi apprehensa arbore quapiam, quae vicina stabat, ne obortis mihi tenebris ac vertigine in caput praecipit incidet: deinde conspiciebam quae in inferno sunt omnia, pyrophlegetonte, lacum, Cerberum, manes, adeo ut quoddam etiam eorum agnoscerem. Patrem ergo meum manifeste cernebam adhuc his ipsis amictu, quibus eum sepeliuimus. Quid agebant (inquit Ion) o Eucrates animae? Quid aliud, inquit ille, quam per tribus familiasque cum amicis cognati que versantur, in Alphodelo collocati? Contradicant ergo etiam nunc (inquit Ion) Epicurei sacro Platoni, eiusque de anima rationibus. At tu nonne Socratem etiam ipsum Platonemque videbas inter manus? Socrate (inquit) vidi: neque illu tam evidentem, nisi quod inde coieci, quoniam caluus, ac ventricosus erat. Platonem vero non cognoui: nam apud amicos nimis vera fateri oportet. Similiter ergo atque ego omnia cospexi, & hiatus coiit, & ex famulis meis quidam querentes me, atque in his Pyrrhias hic, superuenere hiatu nondum plene obdueto: dic Pyrrhias, an non vera narror? Per Iouem (inquit Pyrrhias) & latratum audiui per hiatus: & ignis quidam a face mihi suffulgebat. Tum risi ego profecto, teste latratu ignemque in cumulu addete. Tum Cleodemus: haud quamquam noua illa, inquit, neque alii inuisa vidisti. Nam & ipse haud ita pridem quod aegrotarem tale quiddam cospexi. Prospiciebat mihi curabatque Antigonus hic, ac septima dies erat: febrisque qualis: incendio certe vehementior. Omnes ergo me relinquenter soli, clausis foribus foris manebat. Sic enim iuferas Antigone, si quo pacto possem obdormire. Tum igitur astitit mihi iuuenis quidam vigilanti: pulcher admodum, veste circuamictus candida. Ac me quum excitasset, per hiatus quendam ducit ad inferos: sicut illico cognoui, tantum quod videre ac Tityum Sisyphumque. At cetera vobis quid commemorare? Postquam vero ad tribunal perueni (aderat autem & Aecus, & Charo, Parcaeque, atque Erinnis) quidam velut rex (Pluto certe mihi videbatur) assedit singulorum nomina percensens, qui morituri erat, quos diem iam vita prescriptu præterisse contigerat. Iuuenis ergo me adducens illi exhibuit. At Pluto tunc incanduit, & ad eum qui me ducebant, nondum illi completum est stamen, inquit. Abeat ergo. Tu vero fabru Demylum adduc: iam siquidem ultra colu viuist. Tu ego latius recurrens, ipse quidem iam febre liber eram: denuntiabam vero omnibus, quod Demylus esset moriturus. Manebat autem nobis in vicinia aegrotans etiam ipse non nihil, ut renuntiatum est. Ac paulo post audimus eiulatum eorum qui lugebant eum. Quid miri est, inquit Antigonus? Ego etenim quendam noui post vigesimum diem quam sepultus est, resurrexisse. Nam hominem & anteque moreretur, & postquam resurrexit, ipse curauit. Et quo pacto (inquit ego) in diebus viventi, neque tabuit corpus, neque præterea fame corruptum est, nisi fortassis Epimenide quempiam tu curasti? Haec quum diceremus, protinus ingrediebantur Eucratis filii, & palæstra redeuntes. Alter quidem iam ex ephesis excesserat, alter vero annos natus erat circiter quindecim. Tum salutatis nobis iuxta patrem adsidebant in lecto, ac mihi quidem sella illata est. Tu Eucrates tanquam è conspectu filiorum admonitus: sic his frui mihi contingat, inquit, simulque manu eis iniecit, ut apud te Tychiades vera narabo. Felicis memoriæ vxorem meam horum matrem nouerunt omnes, quo pacto dilexerim: Nam declarauit his rebus quas in eam feci, non modo dum viueret, verum etiam postquam vita functa est. Quippe qui mundum eius vniuersum, vestemque, qua dum viueret, oblectabatur, in rogum illius iniecerim. Septima vero post mortem die, ego quidem hic in eundem lectum incumbebam: quemadmodum nunc, lucrum eum mihi committiganus, quem de illa conceperam. Legebam enim facitus Platonis illum de anima libellum. Inreditur interim Demenete ea ipsa, atque adsidet iuxta: quemadmodum nunc Eucratides hic minorè designans filium. Hic vero illico tremit admodum pueriliter, ac dudum ad narrationem paliebat. Ego vero (inquit Eucrates) ut cospexi, amplexus eam singultim lachrymabam. Illa vero me vociferari non pavuisse in reliquis gratificatus omnibus, è sandaliis aureis alterum non cremaueram, superesse autem id dicebat, quod sub arca ceciderat: atque id nos quod non inueniremus, alterum tantum cremeaueramus. Nobis autem adhuc dissenseribus celestissimus quidam caniculus, qui mihi in deliciis erat, in lecto cubans allatrabat, ea vero ad latratum euauit. At sandalium sub arca repertum est: posteaque, a nobis incensum. An hec etiam Tychiades recusabis credere, quum tandem inquit ego, digni fuerint, quibus aureo sandalio nates puerorum more feriantur, si qui ista non credant, atque usque adeo impudenter vero resistant. Interea Pythagoricus intrabat Argonotus comatus ille ab aspectu venerabilis. Nostrum illum doctrinæ nomine celebré qui cognominatur sacer. Atque ego quidem, ut eum cospexi, respirauit: hoc ipsum, quod proverbio dici solet, aduenisse mihi ratum: necepsurim quamquam aduersus mendacia. Occludet, inquit, eis

LUCIANI PHILOPSEVDES

ora vir sapiens, adeo monstrosa narrantibus, atq; prorsus, iuxta vulgatum illud adagium, repente Deum immisum esse mihi hunc à fortuna putabā. Hic vero postquā adsedit, a surgente ei, ac cedente Cleodemo, primū de morbo percontatus est. sēque audisse dicebat, Eucrates iā se melius habere. At quidnā inquit inter vos philosophamini? Nam interim dum ingrediebar subauscultauit, ac mihi certe vide mini in re quapiam pulchra conuersari. Quid aliud, inquit Eucrates, quām vt huic adamantino persuadeamus (me demonstrans) vt dæmones credat aliquos esse, phantasmataque, ac mortuorum animas super terram obambulare, & se se quibus libitum fuerit ostendere? Ego igitur erubui, vultumque deieci reueritus Arignotum. At ille, vide (inquit) Eucrates nū hoc dicat Tychiades. Eorum tantū qui violenter interierint, animas errare, veluti si quis suffocatus, aut capite truncatus, cruciue suffixus fuerit, aut alio quopiā istiusmodi modo è vita discesserit: eas vero quę fatali morte naturaliue discesserint, haudquaquam amplius oberrare. Nam si hoc dicat, nō vsque adeo absurdā dixerit. Per Iouem inquit Dinomachus, ne esse quidem istiusmodi, nec præsentia cerni putat. Quid ais, inquit Arignotus in me torue aspiciens, nihil horū tibi videtur fieri? præfertim quum omnes (vt ita dicā) videant? Ignoscet, inquam ego, mihi, si non credo, nā folius omnū non video. Quod si vidissim, profecto & credidisset, quēadmodū & vos. At qui inquit ille, si quando Corinthū veneris, roga vbi sit Eubatidæ domus. Atq; vbi tibi fuerit indicata, nempe circa Craneū, in eā ingressus, dicianitori Tibio velle te videre, vnde dæmonē Pythagoricus Arignotus quū adduxisset abegerit, ac deinceps habitabile dōnum rediderit. Quidnam hoc erat, Arignote? rogabat Eucrates. Inhabitabilis erat, inquit ille, diu propter terricula: quod si quis inhabitasset, expauefactus illico fugiebat exactus à quodā horrendo ac terribili spectro. Deciderat ergo iā, tectumque rūpebatur, neq; quisquā erat omnino qui in eā ingredi fuerit ausus. Ego vero vbi hæc audiui, libellos sumens (Sunt autē Aegyptij mihi de talibus rebus admōdū multi) veni in domum circa primam vigiliam, dehortante hospite, ac fermè detinente, postquam didicerat quod iturus essem, in certum, vt putabat, exitium. At ego sumptā lucerna solus ingredior, atq; in vastissimo atrio collocato lumine, humi sedens tacite legebam. Adeſt vero dæmon ille cum quopiā ē vulgo se congressurum ratus, ac mē quoque quemadmodū alios perterriturum squalidus, hirsutus, ac tenebris nigrior. Atq; hic quū adstaret, vndiq; me adsumptū petēs tētauit, si quā posset expugnare, ac modo in canē, modo in taurū, modo in leonē vertebatur. At ego correpto in manū quām maxime horrēdo carmine, simulq; vocē imitatus Aegyptiam, & incantans cū in do-

mīciliū tenebroſi angulum quendam compulsi. At quum animadueritsem, vbi se in terram condidit, tum destitū. Mane autem desperantibus vniuersis, ac me quēadmodū alios mortuū se se repertos putantibus, præter omniū spē progrediēs, Eubatidē adeo, feliciter illi adnūtians, quod purā sibi ac specēris liberā domū iā licerit incolere. Atq; illū assumēs aliosq; multos (sequebantur autē huius inopinatæ rei gratia) quū ad locū duxissim, vbi condentem se dæmona conspexeram, iussi vt sumptis ligonibus matulīq; suffoderent. Atq; vbi id fecerant, inuentum est ferē ad passum defossum cādauer quoddā marcidum, ossibus tantū humana specie cohaerentibus: Illud igitur effossum sepelīimus, domū vero postea turbari prodigijs desijt. Hæc vbi narravit Arignotus, vir prodigiosa sapientia, ac reuerendus omnibus, nemo erat ex his qui aderat, qui non multā mihi imputaret insaniam, qui talia nō credā, narrāte præfertim Arignoto. Ego tamē nihil veritus neq; comā, neq; illā quā de eo habebant opinionē, Quid hoc inquam Arignote? Etia tu talis eras, in quo mihi sola spes fuit, fumo plenus ac simulacris. Illud ergo nobis in te quod dici solet, evenit: vt thesaurū quū sperauerimus, carbones offenderimus. At tu, inquit Arignotus, si neq; mihi credis narranti, neque Dinomacho, aut huic Cleodemo, neq; ipsi Eucrati, dic age quēmnam digniore, cui his de rebus fides habeatur, existimas: qui nobis dicat contraria. Per Iouem, inquam ego, virū apprime mirabilem Abdera oriundum illū Democritū, cui tam firmiter erat persuasum eiusmodi nihil esse in rerū natura posse, vt quū se in monumento extra portas clausisset, ibi q; degret dies noctesq; scribens atq; componens, iuuenesque eum quidam illudere cupientes ac perterrefacere nigra ueste in modū cādaueris ornati, ac personis in capita adſtis circūſtētes, illū circumſilirent, crebro ſubſilientes: hic neq; eorum commenta pertimuerit, neque eos omnino respexerit, sed inter ſcribendū: defitite, inquit, inceptire. Adeo firmiter creditit animas nihil esse postq; ē corporibus exierint. Hoccine ais, inquit Eucrates dementē quēpiā virum esse Democritū: siquidē sic existimauit. Egovero vobis etiam aliud referā, quod mihi ipsi contigit, nō quod ab alio acceperim, fortassis etiā tu Tychiades quum audieris, compelleris accedere, ipsa narrationis veritate coactus: Quum in Aegypto versarer adhuc adolescentis, à patre videlicet doctrinæ gratia transmissus, cupiebā nauigio profectus in Coptum illinc adiens Memnonē, miraculū illud audire eum videlicet sonum reddentem ad orientem solem. Illum igitur audiui non hoc vulgarī modo quo audiunt alij sonum quēpiā inanē sed mihi oracula etiam edidit Memnon ipse aperto ore septem versibus: quod nisi esset superuacaneum, ipſos vobis versus recenserem. Inter nauigandum vero incidit in nos vñā nauigans

nauigans vir Memphiticus quidam, ex sacris illis scribis, mirabili sapientia, & qui vniuersam Aegyptiorum doctrinam callebat. Dicebatur autem tres ac viginti annos in adytis subterraneis mansisse, Magiam interea doctus ab Iside. Pancratem dicit (inquit Arignotus) praeceptor meus, viru sacrum, rasiu, linea indutum, doctum, pureque lingua Graeca loquentem, proceru, simum, labijs promissis, cruribusque gracilibus. Illum ipsum inquit ille, Pancratem, ac primum quidem quis esset ignorabam. At postquam vidi eum, si quando in portu appulsemus, cum alia multa miracula faciente, tu erocodilis insidente agitasse, & cum feris verantem, illas vero reverentes eum, caudisque adulantes agnoui sanctu quelpia viru esse, paula timq; comitate mea me in eius amicitia ac fami liaritatē insinuai, adeo ut omnia arcana comunicaret. Ac tandem mihi persuaderet, vt famulis omnibus in Memphis relictis, se solus consequeretur, neque enim defuturos nobis ministros. Atque ex eo tempore sic vitam duximus. Quā in diuerisorium quodpiam veniremus, homo accepto pistillo, scobinaue, aut pefculo, vestibus implicatis, quā in id carmē quoddā dixisset, effecit ut ambularet, vtque alijs omnibus homo videretur. Illud ergo abiēs, & aquā hauriebat, & cœnā parabat, instruebatq; atq; in omnibus cōmode subseruiebat ministrabatq; nobis. Deinde postquā iā satis huius ministerij fuit, scobinam rursus scobinam, ac pefculum pessulum aliud recitans carmen redebat. Hoc ego vehementer conatus non reperiebam, quo pacto ab illo expiscarer. Nā id mihi inuidebat, quāquā in alijs esset facilimus. At quādā die in angulo quodā tenebroso clā illo delitescens subauscultauit proprius incantationē illā. Erat autē trisyllaba. Tūille quum pistillo mādasset qua curāda erant, abiit in forū. At ego postridic illo apud forū occupato, acceptū pistillū quā ornasssem, syllabas illas simili modo pronunciās, aquā iussi vt hauriret. Tū impletā amphorā quum tulisset, desiste in quā, neq; aquā amplius haurito, sed rursus esto pistillū. At illud mihi haud amplius iā obtēperare volebat, sed aquā hauriebat continue, quoad hauriendo totā domū nobis impleret. At ego quum resistere huic rei non valerem, timebam autem ne Pancrates reuersus (id quod etiam euenit) irasceretur, correpta secure pistillum in duas partes dissecō. At vtrāque pars amphoram sumens hauriebat aquam iamque vniuerso loco duo mihi ministri esse cōperunt. Interea Pancrates superuenit, ac re intellecta illas quidem in ligna rursus, quemadmodum ante carmen erant, mutauit. At ipse me clanculum reliquo nescio quā clanculum se subducens abiit. At possis istud etiam nunc, inquit Dinomachus, hominem ex pistillo facere? Per Iouem, inquit ille, dimidia ex parte scio, nam in priorem formam nunquam à me restitui potest, postquam semel

equarius esse cōperit. Sed deferenda nobis domus esset aquæ iam impleta. Non desistis, inquam ego, huiusmodi monstrosa narrare viri senes? Alioqui horum saltē adolescentium gratia incredibiles istas ac terribiles fabulas aliud in tempus omittite, ne clanculum terroribus ac prodigiosis fabulamentis impleantur. Parcere ergo eis oportet, ne talia consuecat audire, quæ eos per totam vitā comitata perturbabunt, atq; ad omnē st̄re pitū meticuloſos reddēt, poste aquā eos omnigena superstitione impleuerint. Recte admonisti me, inquit Eucrates, quum superstitionē dixisti. Nam quid tibi Tychiade de rebus huiusmodi videtur, de oraculis loquor ac vaticinijs, & quæcunque quidam minime afflati proclamant, quæve ex adytis audiuntur? aut quæ virgo numeris eloquēs futura p̄cedit? an videlicet nec talia credis? At ego quod anulum quendam sacram habeo, Pythij Apollinis imaginem exprimente sigillo, quodque hic Apollo mecum loquitur, non dico, ne tibi videar ad gloriam meam res incredibiles narrare. Cæterum quæ apud Amphilochum audiui in Mallo, heroë mecum diu differente, Deumq; meis de rebus consulente, tum quæ ipse vidi, volo vobis narrare. Deinde ex ordine & quæ vidi in Pergamo, & quæ audiuī in Pataris. Itaque quum ex Aegypto redi rem domum, audiremque illud in Mallo vaticinium apertissimum simul ac verissimum, ef se, tamen sic oracula dare, vt ad rem respondeat his, quæcunque propheta quispiā in Scheudalam inscripta tradiderit, recte me facturum putauī, si dum p̄ter nauigiarē, experirer oraculum, Deumq; de futuris quippiam consularem. Hæc adhuc Eucrate dicente, quum videtur quām longe res esset processura, quodque non breuem incepisset de oraculo tragœdiā, ratus non expedire, vti solus contradicrem omnibus, relinquentis eum ex Aegypto adhuc in Mallum nauigantem: Nam & intelligebam molestam illis esse p̄sentiam meam, vt pote qui dissentirem refelleremque eorum mendacia: Atqui ego abeo, inquam, quæsitus Leonticum, nam opus habeo cum eo congregari. At vos quandoquidem parū sufficerem vobis res humanas putatis, ipsos etiā deos deniq; in fabularum vobis partem vocate. Atque hæc simul ac dixi, discessi. Illi vero alares iam libertatem naucti, vt est verisimile, mu tuō sese epulis accipiebat, ac mēdacijs ingurgitabant. Talibus o Philocles apud Eucratem auditis, venio per Iouem inflato ventre, non aliter quām hi qui musto poti sunt, opus habens vomitu. Tum libenter alicunde magno emerim pharmacum aliquod, quod mihi obliuionem induceret eorum quæ audiuī, ne me nonnihil earum rerū lēdat in h̄erens memoria: népe monstra, dæmones, atque Hecatas mihi videre videor. PHIL. Quin mihi quoque o Tychiade, tale quiddā hic sermo

L V C . P R O T Y R A N N I C I D A .

tus attulit: aiunt etenim nō solum in rabiem verti, atque aquam formidare, quo sunque rabidi canes mordeant: verūtiā si quē mordicus homo morsus momorderit, illū morsum quoq; nō minus canino valiturū, atque eū etiā eodem modo formidaturum. Quin tu ergo videris, quum sis ipse apud Eucratem à multis mendacijs morsus, mihi quoque morsum illū communicasse, adeo mihi mentem dæmonibus impleuisti. T Y C H . At bono animo sim' amice, quū magnū aduersus huiusmodi res remediū habemus, veritatē rectāque omnibus in rebus rationē: quo si vtamur, nullis huiusmodi vanis stultisque mendacijs turbabimur,

DECLAMATIO LVCIANI PRO TYRAN- NICIDA, THOMA MO- RO interprete.

ARGUMENTVM.

Ascendit quidam in arcem, ut tyrannum occideret, at ipsum quidem non inuenit: filium autem eius quum peremisset, gladium reliquit in corpore. Tyrannus ingressus, ac filium iam conficatus mortuum, eodem gladio se transfixit. Is qui ascenderat, ac tyranni filium interemerat, tanquam tyrannica premium petit.

DECLAMATIO.

V V M duos tyrannos Iudices uno die peremiri, alterū quidem iam ætate defectū, alterum vero florentem, eoque ad scelerum successionem idoneum, adsum tamen vnicum ob vtrumque præmiū petitus: idque quum solus omnium qui vñquā fuere tyrannicidæ, sceleratos duos uno iētu fustulerim atque macstauerim: filium quidem gladio, patre vero nimio illo quo in filiū ferebatur, affectu. Tyranus igitur ob ea quæ gesit, fatus nobis supplicij dedit, quippe qui & viuēs filiū spectauit, occisum, & tandem (quod maxime præter omnē spem fuit) ipse sui coactus est tyrannicida fieri. Filius igitur à me peremptus est, inserviuit autē mihi, etiā mortuus, ad aliā mortē: nam qui viuens iniurias, vñā cum patre fecit, mortuus patrem vt potuit interfescit. Qui tyranidē ergo fustuli, ego sum: ensiq; qui peregit omnia, meus est, ordinem tantum immutauit cædiū, ac perimendi sceleratos nouauit modū: illum qui fortior erat, & qui vlcisci poterat, amolitus ipse: senē vero soli relinquent gladio. Ego igitur ob ista etiam amplius aliquid a vobis expectabam sperabamq; me præmia pro peremptorum numero suscepturnum, vt qui vos non præsentibus tantum malis eripuerim, sed futurorum quoque metu liberauerim, ac certe vobis libertatem præstiterim, nullo hærede scelerum relicto.

At interim tot rebus à me præclare editis, in periculum venio, ne à vobis nullo præmio donatus abeam, solusque mercede frauder, quam leges à me seruatæ statuerunt. Hic itaque meus aduersarius, nullo Reipubl. studio, sicut ait, istud agere videtur, sed eorum cæde commotus, vt in eum qui mortis eis causa fuit vlciscatur. Sed vos iudices auscultate paulisper dum tyrannidis mala (quanquam ipsi probe sciatis) expono: nam & hoc pæcto melius beneficij magnitudinem cognoveritis, & magis itē gaudebitis, reputantes quibus estis malis liberati. Neque enim quemadmodum alijs plerisque iam saepe accidit, ita nos quoque simplicem tyrannidem & vnicā seruitutem sustinuimus: neque vnius domini libidinem pertulimus, sed soli omniū quos vñquā similis pressit infelicitas, duos vnius loco tyrannos habuimus, & in duplices miseri iniurias distraicti sumus. At moderatior admodū senex erat, & in ira mitior, & ad supplicia segnior, & ad libidines tardior: vt pote ætate iam impetus eius vehementiā cohibente & voluptatum appetitiones refrēnante. Et ad causas quidem facinorum inuitus à filio dicebatur impelli, quum ipse non admodum tyrannicus esset, nisi quodd illi parebat: nam in filium (vt iam ostendit) propensus supra modum fuit. Omnia illi filius erat, illi obtemperabat: & iniuste fecit quicquid ille iubebat & puniebat quos ille volebat in omnibus illi morem gerebat, ac denique sub illius tyranide viuebat, & vtroneus filij cupiditatū satelles erat. At iuuenis vero honore ætatis gratia patri cessit, & solo imperij nomine abstinxit: cæterū re ipsa tyrannidis caput ipse fuit. Firmitas quoque ac tutamentū principatus ab illo pendebat, quoniā & quod ex iniurijs prouenit, solus ipse fruebatur. Ille erat qui satellites ducebat, qui custodias regebat, qui subditos feriebat, qui insidiatores terrebat. Ille erat qui ephebos rapuit, qui nuptias temeravit, cui virgines adductæ sunt: & si quæ cedes erant, si qua exilia, pecuniarū expilationes, tormēta, contumeliae, hæc omnia iuuenis siebant audacia: nā senex ipse obsequebatur, & comes in malis erat, & tantū filij scelerata cōprobabat. Et res quidē nobis intolerabilis facta est: nā quū animi libidines ab imperio sumunt licentiam, nullū iniuriarū finē faciunt. At illud tamen nos vrebatur maxime, diurnā, imò æternā potius futurā hanc seruitutē sciebamus, & tradēdā per successionē Rempubl. populūque alij post aliū domino ac scelerato hæreditatē celſuram. Alijs profecto non paruā spē hæc res facit, quod perpendere possunt, ac secū dicere, at iā cohibebitur, at iā morietur, ac paulo post erimus liberi. De illis vero nihil tale sperabatur, sed iā nunc paratū imperij cernebamus hæredē, quamobrē nec suscipere negotiū audiebat fortū quisquā, qui tamē eadē meū cū piebat, sed desperabatur oīno libertas, & inex-

pugnabi-

pugnabilis videbatur tyrānis, cum necesse esset tam multos aggredi. At me nihil ista deteruerunt, neq; per pensa negotij difficultate detraetavi, neq; periculū expau. Solus quidem, solus aduersus tam fortē ac multiplicem tyrannidem, inō vero non solus, sed cum gladio auxiliari condescendi, consorte etiam tyrannicidij, mortem præ oculis habens, sed propriam tamen cædem communi libertate compensans. Cum in primam ergo custodiam incidisset, ac satellites haud facile amouissim, obuiū quēq; perimens, & quicquid ob sistet conficiens, in ipsum negotij caput ferebar, in ipsum vnicum tyrannidis robur, in ipsam nostrarum calamitatum materiam: & in summa arcis custodia fistens, quum illum conspexisse sese generose defendantem, atque resistētem, vulneribus multis tamen interfeci: ac iam quidem sublata tyrannis erat, facinus confectum erat, atq; exinde protinus omnes liberi. Senex relictus est ille solus, inermis, custodibus exutus, magno illo satellite suo adempto destitutus, nec amplius vlla generosa manu dignus. Ibi ego mecum iudices talia cogitabā: totum negotium meum bene se habet: omnia peracta sunt, omnia strenue perfecta sunt. Quonā ergo iste qui supereft plectetur modo? Me siquidem ac dextera mea indignus est: præcipue vero facinore tam splendido ac iuuenili, & generoso confecto, cuius gloriam addita hac tam inerte cæde minuerem. Dignum autem querere carnicem quempā oportet, verum post aerumnā, tum ne & hanc lucrificat videat, puniat, appositum tantum ensim habeat: huic ergo reliqua cōmittio. Hæc vbi statuisse, illinc amilior. Ille verò, sicut ego antè diuinauerā, fecit, ac tyrannum interfecit, fabulae que mea supremum actum addidit. Adsum ergo popularem vobis gubernationem adferens: & omnibus securitatem denuncians, ac libertatem feliciter annuncians. Nunc igitur factis meis fruimini. Sceleratis enim (vti videtis) arx vacat, imperat autem nemo, sed & honores tribuere licet, & iudicare, & ex legibus contradicere: atque hæc vobis ex me, atque hoc facinore meo profecta sunt: atque ex illa vna cæde, postquā pater haud amplius viuere potuit. Dignum igitur ob ista censco, debitum à vobis mihi præmium dari: non quōd studiosus lucri sim, aut qui parua magnipendam: neque quōd ob mercedem de patria benemerēt in animum induixerim, sed quōd mea officia cupiam vestro præmio esse comprobata, ne despctus sit, nèvè inglorius fiat meus conatus, tanquam à vobis mancus, & præmio iudicetur indignus. At iste cōtradicit, & me præter aequū ait facere, qui honorari velim, ac præmium referre: non enim esse me tyrannicidam, neque factum à me quicquam secundum legem esse, sed facto meo quiddam ad præmiū petendum deesse. Rogo igitur eū, quid reliquā à me desideras: non volui: non ascendi: non peremis-

non liberaui: nū imperat quisquā: num iubet quisquā: nū dominus minatur quisquā: nū me malescorū effugit quisquā: non dixeris. Sed omnia pacis plena, & leges omnes redditæ, & manifesta libertas, & popularis gubernatio firma, & coniugia inuiolata, & pueri extra periculum, & virgines tutæ, & festas agens ferias ob communem fœlicitatē ciuitas. Quis est igitur horum omniū causa? quis illa sustulit, ista præbuit? Etenim si me quisquā est hoc honore dignior, illi hac mercede cedo, ac præmio isthoc abstineo. Sin verò solus ego cuncta peragi, audens, periclitans, adoriens, interimens, puniens, alterum in altero vlciscens: quid mea calumniaris officia? quid ingratū erga me populū facis? At ipsum non occidisti tyrannum: lex autem tyrannicidæ premiū statuit. Interest ergo quicquam, die mihi, an ipsum perimas, an mortis ei causam præbeas? Ego certè nihil putto, nēpe hoc solum legislator spectauit, libertatem & popularē statum, ac sceleratū amotionē, istud honorauit, istud gratia dignum censuit, quod factum à me non esse non queas dicere. Si enim illū occidi, quo occiso iste non potuit viuere, ipse nimirū mactauit. Cedes mea manus illius erat. Ne nimium ergo curiose de mortis modo disputes, neque examines quomodo interij: sed an amplius non sit, an per me est, quōd amplius ille nō est. Quandoquidem hoc quoque mihi videris excussurus, & sycophantā in benemerentes acturus, si quis non ense, sed lapide, lighōve, aut alio quopiam modo peremisset. Quid verò si tyrannū famē obfessum, ad mortis necessitatē adegisset? etiamne tū requireres meamet manu peractā cædem: alioqui deesse adhuc aliquid mihi ad legē implendā diceres? atque id grauiore suppicio imperfecto maleficio? Vnum solū examina, istud interroga, in hoc curiosus inquire, quis facinoroforū supereft? quis iniuriae metus imminet? que vestigia calamitatum? Sin verò purgata sunt ac pacata omnia: sycophanta est, modū rerū calumniantē, velle præmio ipsis factis debito fraudare. Ego siquidē hoc quoque in legibus declaratū memini (nisi forsitan ob longā seruitutē sim: quæ in illis dicūtur oblitus) causas mortis duas esse: siue quis ipse occiderit: seu si quis ipse quidē non occiderit, neque manu rem gesserit, coēgit tamen atque occasiō necis dedit: æqualiter hunc etiā lex plectendū censet, atque admodū quidē iuste: nam præbita interitus causam nihilo iudicavit ipso factō minorē. ac reliqua iā de modo necis quæstio superuacua est. Illum ergo qui sic occiderit, puniendū tanquā homicidā æquū censas, absoluī, nullo pacto velis: qui verò eodē quo ille modo ciuitati beneficerit, indignū benemeriti præmio duces? Neq; enim istud possis dicere, me videlicet id fecisse tantum: bonum autem exitum quendam temere non me id destinante consecutum. Quid ergo pertinuissem amplius, eo qui fortior erat inter-

LVC. PRO TYRANNICIDA.

emperio? Quid in vulnere gladium reliquissem, nisi id id ipsum omnino quod erat futurū prædiuinalem? Nisi hoc fortasse dixeris, quod qui peremptus est, tyrannus non erat, neque hoc nomen obtinebat, neque multa vos ob id libenter, si necaretur, præmia dedisset: sed hoc nunquam dices. Ergo interemperio tyranno, illi qui causam præbuit non reddes præmium? Ó curiositatem, quomodo necatus est curas, quū libertate fruaris, aut ab eo qui Democratiā restituit, amplius aliquid postulas? At qui lex (vt dicas) ipsum rerū caput examinat, media autem omnia valere sinit, neque ultra curiosius inquirit. Quid enim, qui in exiliū tyrannū compulisset, non honorem iam tyrannicidæ tulisset? Imò ac valde quidem iuste, nam & ille libertatem pro seruitute præstítit. At quod à me factum est, non exiliū, nec redintegranda rebelionis metus, sed omnino perfecta sublatio est, & generis illius vniuersi internicio, ac totius mali radicibus excisio. Ac nunc perdeos omnia mihi ab initio in finem usque (si videatur) execute, an prætermissum quicquā ad implendam legem fuerit, & an quicquā mihi defuit, quod adesse tyrannicidæ debuit. Ante omnia igitur animū adesse generosum decet, atq; Reipub studiosum, paratumque pericula pro communi commodo subire, ac propria morte multorum salutem redimere: ergo ad id mihi quicquam defuit? An animo fractus sum? an pericula propisciens, perquæ mihi vadendum erat, detrectauit? non id dixeris. Mane ergo in hoc solo, ac me finge ex eo solo quod volui, atq; isto cōsilio fui, etiā si nihil inde boni provenisset, tamen ob mentem ipsam assurgētem præmium tanquam benemerentem petere, quum tamen ego non potuerim, sed aliis me fecutus tyrannū occiderit, absolu (dic mihi) aut absurdum eset tribuere: maximeq; si dicere, ô viri, volui, cupui, aggressus sum, atque animi mei signa dedi: solus honore dignus sum? Quid tum responsurus es? Nunc verò nō id dico, sed & ascendi et pericitatus sum, atq; innumerabilia priusquam adolescentem peremerim feci. Neque enim rem usque adeo facilem esse suspicemini, custodiam superare, ac satellites opprimere, unumque tot viros auerte. Sed fermè maximum in tyrannicidio, atque ipsum rei caput istud est. Nam ipse quidem tyrannus, non magnum opus est, neque magno negotio conficiendum, neque expugnatu difficile, sed ea potius quæ muniunt ac tuentur tyrannidem, quæ qui vicerit, is omnia peregerit: nam reliquum quidē parum est. Siquidem istud ad tyrannum usque penetrare, nequaquam licuisset mihi, nisi custodum qui eos cingunt, ac satellitum omniū victori, ac nisi eos omnes prīus deuicisset. Nihil amplius adjicio, sed ijs sursum immoror. Custodias superauit, satellites inquam, tyrannum incustoditum, inermem, nudū reddidi. Oh hæc ne honore tibi dignus videor! an adhuc à me cedem postulas? Atqui

si cædem etiam quæris, nec istud quidē deest. Neque enim incruentus sum, sed perpetraui magnam ac nobilem necem iuuenis florentis atque omnibus metuendi, per quem etiam ille tutus ab insidijs erat, quo solo confidebat, qui multorum loco satellitum suffecit. Quid tum ergo, num præmio dignus sum? num tantarum rerum honore fraudabor? Quid enim si satellitem vnum, si ministrum quempiā tyranni peremisset? quid si seruum honorarium? an non magnum etiam hoc tibi videtur, ascendere, atque in media arce, in medijs armis aliquem ex amicis tyranni conficere? Nunc autem etiam illum qui peremptus est considera: filius erat tyrani, imò tyrannus grauior, ac dominus inclemens, ac tortor crudelior, extortor violentior. Tum quod maximum fuit, hæres omniū atq; successor postremo qui in longum poterat nostras calamitates extendere. Vis ne hoc me solum fecisse, tyrannum autem ipsum adhuc erectum fuga vivere? Munus ob ista peto, quid dicitis? non dabitis? Non illum quoque suspexitis? non dominus? non grauis? non intolerandus erat? Nunc verò etiā caput ipsum intelligite. Quod enim iste à me flagitat, id quā optime fieri potuit, peregri, ac tyrannum alterius nece necauit, non vulgariter, neque vno ictu, quod illi post tot sceleris maxime fuit optandum. Sed dolore multo prius exagitans, & in oculis ostendens misere prostrata, quæ illi fuerant charifima, filium quanquam malum, tamen ætate florentem, ac patri simile, ianguine ac iabo plenum. Hæc sunt patrum vulnera, hi legitimorum tyrannicidarum gladij. Hæc tyrannis crudelibus digna mors, hoc supplicium sceleribus tantis debitum. Nā illico mori, illico nescire, nullum tale spectaculum cernere, nihil habet tyrannica pena dignum. Non enim ignorabam (te appello) non inquā ignorabā, imò nec alias quisquam quantum ille erga filium gerebat affectum, & quod post illum vivere ne paululum quidē dignaretur. Atque omnes fortasse patres sunt in filios eiusmodi. At hic certè aliquid supra cæteros habebat, idque merito, quippe qui illum solum videbat ducē seruare, remque tyrannidis, solumque pericula patria preoccupantem, ac firmitatem imperio præstantem. Vnde etiam quāquam non ob amo rem, at ob desperationem saltem statim illum sciebam moriturum, quū cogitaret inutilem sibi vitam futuram, securitate quam illi filius præbebat ablata. Omnibus igitur illum simul circūspisi, natura, dolore, desperatione, terrore, ac temporum etiam futurorum metu. His in illum commilitonibus usus sum, & ad ultimum illud consilium coegi. Interiij nobis orbus, afflictus, dolens, lachrymans, luctum lugens, breuem quidem, sed qui patri sufficiat, & quod grauissimum est, ipse à seipso, quod mortis genus omnium est miserrimum, multoque acerbius quam si inferatur ab alio.

Vbi mihi gladius est? num quis illum agnoscat alius? num cuiusquam alterius telum est? Quis illum in arcem duxit? ante tyrannū quis v̄sus est? quis illum tyranno misit? O ensis mecum cōmunicans, rerū à me bene gestarū successor, post tot discrimina, post tot mortes despici- mur, & indigni p̄m̄o v̄demur. Si enim ob istud solum hunc à vobis honorēm peterem, si dicerem: ô viri, tyranno mortem cupienti, ac tum inermi forte deprehēso, meus iste subser- uiuit gladius, atque operam suam ad conse- quendā libertatē cōmōdauit omnibus, hono- re ac p̄m̄o indignū putassetis? dominū tam popularis rei non retaliassetis? non inter bene- factores inscriptissetis? nō inter sacra gladium ipsum reposuissestis? non secundū Deum illum coluissestis? Nunc meū cogitate, qualia tyran- num ipsum ante mortē & fecisse, & dixisse sit verisimile, quum filium perimerē, ac vulneri- bus multis in parte corporis conspicua perfor- derem, quo videlicet genitor v̄reretur, atque aspectū primo stupeceret, miserabiliter exclamauit, atque inclamauit patrem, non vt auxiliator esset aut cōmilito, quippe qui iam senex erat atque inualidus, sed domesticorum malo- rū spectator. Ego illinc digredior, totius qui- dem tragœdia autor. Reliqui verō histrioni cadauer, & scenam, &ensem, ac cetera quæ fa- bulæ supererant. At ille quum adesset, ac vide- ret filiū quem habebat vnicū, vix respirantem, lacerum ac morte plenum, vulnera quoque il- la densa, ac multa, & letalia gerentē, sic exclamauit: O nate, sublati sumus, interēpti sumus, tyranii cæsi sumus: vbi iste interfector est? ad quid mihi parcit? cui me reseruat malo per te iam fili p̄m̄ortuū? nisi me forte vtpote senē contemnit, & lente me perimere decrevit: ac mortē mihi producit, vt necē mihi faciat lon- giorem. Et simul ista dicens,ensem quārebat: ipse autē erat inermis, vt qui omnē in filio spē reposuerat. At ne is quidem defuit, iam dudum enim à me ante p̄paratus erat, atque ad faci- nus futurū relitus. Ergo ex corpore euellens, & ex vulnera gladiū eximens, iam dudum mē occidisti, peremisti, nunc vero mihi finē facito. O ensis, inquit, patri lugenti consolator veni, atq; infelicē senis manū adiuua, iugula tyran- num, perime, ac luctu solue. Vtinā in te prior incidissim, vtinā ordinem cædis incœpissim, cecidissim quidem, at vt tyranus tantum, & vltorē sperans, nunc vero vt orbus, nunc verō vt etiam carnifice egens. Et hæc simul dicens, vulnus intulit tremulus, impotens, cupiens quidem, inualidus tamen ad facinoris ministe- rium. Quot sunt ista supplicia? quot vulnera? quot mortes? quot tyrānidia? quot p̄m̄ia? Et tandem vidistis omnes iacentem iuuenem, opus neque paruum, neque facile, sehem vero illi circumfusum, cruarē vtriusque inhæren- tem, atque iam libertatis, & victorię parentem libitinam, & nostri ensis operam? ensem vero ipsum inter vtrunque monstratum, declaran-

tem quām non indignus domino sit, testan- temque quod mihi sit fideliter obsecutus. Hoc si ego fecissim, obscurius fuisset, nūc vero redi- tur ipsa nouitate splendidius. Qui tyran- dem ergo omnē sustuli, ego sum: opus autem in multis distributum est, quemadmodum in fabula. Atque egi primas quidem partes ego, secundas vero filius, tertias tyranus ipse, ensis autem subseruiuit omnibus.

DECLAMATIO

THOMÆ MORI, LV.
cianica respondens.

NO N putauerā Iudices, ci, qui (id quod ego nunc facio) publicam causam suscepisset agendā, opus fore, vt cur id facere instituerit, rationē reddit: Neque enim vl- lum fore periculū, ne id malicia potius aggref- fūs, quām pietate videatur, quum hoc certissi- mum p̄beat māgnæ integratīs argumen- tum, quod aliorū omnium commōdis elegerit suo priuato labore consulere. Quod quanquā omnes istiusmodi causarum patronos merito posse existimem ab omni calumniae suspicione defendere, me tamen omnī meritisime, qui vt omnibus p̄fīm, non solum hunc mihi la- borem defūpsi, sed inimicitias etiā cum eo viro contraxi, qui se tyrranos quoque iactat occidisse. Sed quoniā nihil tam recte cōceptum esse video, quod non improborū vellicet ac deprauerit iniūcias, & quosdā iam nūne muſi- tantes audio, qui istius oratione persuasi, hoc meum officium in peiorē partē rapiunt: statuū Iudices vobis huius actionis meā causas expo- nere, ne quis industriae meā malignus inter- pres eam dolori, odio, vel inuidiae conetur as- scribere. Ac primum, quid est cur tyranī mor- tem dolere puter: nā id itte mihi nuper obie- cit, probationē verō nullā attulit, dixisse tantū contentus, & credi sibi sine argumento, sine teste postulat: imō, inquit, nisi doleres, nisi ty- ranni mortē vlcisci cuperes, meū nō contendes. Ergo eo solo lugete me tyranī mortem probas, quod tibi ob eius necē, p̄m̄ū iniuste peteti, ego me iuste opposui? Vis videre quām nihil dicas? Si te tyranū occidisse probes, ego tecum litigare, nec si velim possem, nec si pos- sem velim. Nunc verō quid aliud cōtra dictu- rus sum, quām quod illum non occidisti? Si tu interfecisses, nihil quererer, imō laudarem, admirarer, ac p̄m̄ū primus decernerem: nūc verō ideo tibi contradico, ideo tibi honorem denego, ideo aduersor, ideo queror, quia ty- rannū non occidisti. Num igitur occisum pro- tinus dolerē video? Ostendisse potius iudices debuit, me tyrrano fuisse vel sanguine cōiun- ctum, vel affinitate propinquū, vel beneficijs deuinctū, vel scelerum cōmūnione fœderatū. At istorum quicquam nē fingere quidem potuit: